

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber decimustertius, De fidei obiecto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

*S*i licet ut homo faciat opere, quod dicit ore: & Deus reddat ei beatitudinem quam promisit. In s. ad Galatas: Fides vocatur ab eo, quod fit illud, quod inter utroque placitum est, id est, inter Deum & hominem: quando & facit opere quod dixit ore, & Dominus reddit, quod promisit. Et ideo fides sine operibus non est vera fides, quia non facit, quod dicit.

XXV. Adde his omnibus, eos omnes qui docent quid sit credere in Deum. Vera enim fides Christiana, & Catholica, ea est, quae credit non tantum Deo aut Deum, sed etiam in Deum. At qui istud credere in Deum, non potest fieri sine charitate. Hoc Veteres probant. Augustinus in Psalm. 77. Hoc est credere in Deum, quod virtus plus est, quam credere Deo. Nam & homini cuilibet plerumque credendum est, quamvis in eum non sit credendum. Hoc est ergo credere in Deum, credendo adhuc ad bene cooperandum bona operanti Deo. Etit 130. Tempus Dei sanctum est, quod estis vos. Omnes qui credunt in Christum, & sic credunt ut diligent. Hoc est enim credere in Christum, diligere Christum: non quomodo demones credebant, sed non diligebant Christum. & ideo quamvis crederent, dicebant, Quid nobis & tibi est, Fili Dei? Nos autem sic credamus, ut in

ipsum credamus diligentes eum: & non dicamus, quid nobis & tibi est, sed dicamus potius, ad te pertinemus, tu nos redemisti. In Iohann. tract. 29. Quid est ergo credere in Deum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire. & ieiunio membris incorporari. Ipsa ergo est fides, quam de nobis exigit Deus. Emissenus siue Casarius, siue Eucherius de Symbolo homil. 2. Aliud est credere Deo, aliud in Deum credere. Credere & Paulo & Petro iure debemus: in Petrum vero ac Paulum credere, i. de s. in seruos conferre honorem Domini non debemus. Credere illi, quilibet potest homini: credere vero in illum soli te debere non eris maiestatis. Sed & hoc ipsorum aliud est credere in Deum, aliud credere in Deum. Esse Deum credere, & Dia-
bolus inuenitur: in Deum vero credere, nisi qui pie in eum speraverit non probatur. Et ideo Deum credere, naturaliter scire est: in Deum vero credere, hoc est fideliter eum querere, & tota in eum dilectione transire. Author operis imperfecti in Matth. homil 19. Credere Christo, obedire est Christo: qui autem aut non confitetur, aut non conuersatur secundum verbum eius, ille nec obaudit Christo, nec credit.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

LIBER DECIMVSTERTIVS. De DE FIDEI OBIECTO.

Caput Primum.

STATVS CONTROVERSIÆ DE APPLICATIONE IVSTIFICATIONIS.

VENIO ad eam questionem, quæ est, Vtrum Fides subsistat in vniuersali consideratione salutis in Christo proposita: an vero hanc eandem applicet vnicuique peculiariter. Nam Catholicorum quidem hæc confessio est: art. 20 Confessionis Gallicæ.

II. Credimus nos sola fide fieri huius iustitiae participes, sicut scriptum est, ipsum passum esse acquirende nobis saluti, ut quicunque crediderit in eum, non pereat. Hoc autem ideo sit, quod promissiones vtae nobis in ipso oblatae, tunc usi nostro applicantur, & nobis redduntur efficaces, cum eas amplectimur. nihil ambigentes nobis euentura, de quibus ore Deicertiores finus. Diserte expressum, nos fieri participes iustitiae, promissiones nobis applicari; eas nos amplecti: denique, nihil ambigere ea nobis obuentura, de quibus certiores nos Deus reddidit.

III. Plemus tamen idipsum explicit nostri. Melanchthon in locis cū munib. c. de Vocabulo fidei. Cum dicit Paulus, Iustificamur fide, vult te intueri Filium Dei sedentem ad dextram Patris mediatores, interpellantem proximam certamque cognitionem, quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum Sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur. Et post §. 16 In summa vere fidelis non est, nisi qui solidam persuasione Deum sibi propitium benevolumque patrem esse persuaserit, de eius benignitate omnia sibi pollicetur: nisi qui dinam erga benevolentia promissionibus fructus, indubitate amittit, & expectationem præsumit. Nec aliter Beza, Confessionis c. 4. art. 5. Fides, de qua loquimur, non ea est, quæ duntaxat etiæ Deum esse Deum, & verum esse ipsum Verbum (habent enim ipsi quoq; Diaboli hanc fidem, & eo magis tremiti). Sed Fidem appellamus certam quædam conscientiam, quam Spiritus Sanctus, sua gratia: ac bonitate magis insculpit cordibus electorum, quæ conscientia sit, ut coram uniusquisque in corde suo certior factus sit electionis, sibi ipsi applicet promissionem salutis in Iesu Christo. Fides, inquam, non tantum credit Iesum mori: iussum fruisse ac resurrexisse pro peccatoribus, sed etiam amplectitur Iesum Christum in quo uno confidit qui vere credit, & ita certus est sus salutis, ut quoniam eius fieri potest, de ea nihil dubitet. Et post. art. 13 Se mus fidem intra nos esse: fide, inquam, illam, qua non modo in genere & confite credimus Iesum verisse, ut mundi peccata tolleret: sed nobis ipsi signatum Christum applicamus, adeo ut vnuquisque nostrum ita apud se ratiocinetur, Ego sum in Iesu Christo, ideoque non possem periire.

IV. Hæc summa est eorum, quæ nos hac parte docemus. Eius duo capita. Prius, fideles scire per fidem non tantum vniuersali, vel potius indefinita quadam notione, aliquos saluos futuros: vel, saluos futuros eos, qui crediderint: sed etiam particulari, scipios saluos futuros, quia credant. Atque hoc modo sibi peculiariter applicare vnumquemque eas promissiones, quas in definitis verbis audit in Evangelio propositas. Atque adeo hanc applicationem, subministrare differentiam fidei verae iustificantis, à fide historicæ: quæ non aliter concipit quæcumque audit de Deo, eiusque misericordia, quam ut pro veris, vel potius veracibus habeat: quod possunt etiam infideles plurimi: imo faciunt Diaboli omnes.

V. Alterum caput, hanc scientiam coniunctam esse cum certitudine: cuius mensura sit non alia, quam fidei. Itaque perfectæ fidei perfectam esse certitudinem: imperfectam. Sed quomodo naturam fidei describentes, non debemus hære singularum perlonarum defectibus: ita & in hac certitudine. Quomodo ergo pronuntiamus, Fidei opponi non tantum rei creditæ falsitatem, sed etiam personæ credentis, & sacerdotum, quamvis nemo sit, quādiu est in hac vita, adeo prouectus, ut non egeat hæc prece, Marci 9. Credo, Domine, succurre incredulitati mea: omnino similiter in hoc negatio. Fidelis est, certo statuere se per fidem saluum fore: neque fidei esse, nisi ita statuit: et si verum sit ex sensu carnis, propriæque infirmita-

tis, alios sensus suggeri, quibus concurtiatur huiusmodi certitudo: adeo ut videatur nonnunquam in diversis degenerare. Sed enim in eis etiam, ut in aliis temptationibus, & ceteris.

VI. Itaque Pererius non agit sincere disp. 19. in 3. ad Rom. hanc applicationem ita describens, ut discussa ex animo omni dubitatione, ac trepidatione, certo quisque persuasum habeat sibi esse remissa peccata: & adeo quidem persuasum, ut si vel parum dubitet, aut trepidet, ne forte non sit iustificatus, is non ad Deum, sed ad Diabolum pertineat. Quæ chimerica est Ieluitæ formans imaginatio. Absit, ut adeo ignoramus humanam infirmitatem, quam negamus vñquam omnino nullam esse in quantumuis regenito, ut fidem ponamus extra omnes temptationis sensus. Sentiens, sentit illa profecto, nec raro, miros motus ab indignitate sui, à mundo, à Sathanâ: & ita sentit, ut non possit non affici, atque adeo vacillare, & ferme desperabundæ similis esse. Sed eadem aliquantum luctata, eluctatur denique. Itaque nunquam desperat: Laxius dixi: quod ne ipso quidem negent Papistæ: dico ergo amplius: nunquam non credit: nunquam non certo credit suam esse salutem: nimur quia credendo pugnat, credendo vincit. Valeant ergo Iesuitæ, cum sua diuinis: Catholici suam securitatem ne amirunto.

VII. Bellarminus scripsit nos tres fides distinguere, historicam, miraculorum, promissionum: & promissionum, aliam generalem, qua credamus esse promissionem omnibus credentibus salutem: aliam specialem, quæ vñusquisque sibi promissionem diuinam applicans, confidit peccata omnia sibi dimissa. Admodum Iesuitice. Nam fidem promissionum nulquam video apud nostros nominari: sed iustificantem, distinctam ab illa, quæ est historicæ: & ab altera, quæ est miraculorum. Eti justificantis quidem omnino esse idem obiectum, quod historicæ, nimur quicquid reuelatum est in Scriptura: quanquam varia ratione, graduue inæquali: nimur, quia peculiari quodam modo hæreat promissionibus de salute æterna, tanquam proprio fundamento. Differre autem, non cognitione, sed applicatione: nimur quia fides historicæ indefinitam veritatem consideret tantum: at iustificantis hanc ipsam indefinitam veritatem peculiariter applicet: adeo ut Damones, per fidem illam historicam dicant, Omnes credentes in Christum saluabuntur. At vere fideles non id tantum, sed amplius, Ego, quia credo in Christum, seruabor: Imo, eo ipso quod historicæ credant omnes credentes seruatum iri: credat et se in seruatum, quia credat. Hoc cù sit, duas fides intelligi possunt: hoc sensu tantum, quomodo duas vitæ, vegetans, & sentiens. Nō hoc, ut animalis vña via iudicetur, ut ita dicatur, vna, vna vegetante, alia sentiente: sed quia via vegetans & planta, & animalis: aliter illa, aliter hæc: nimur illa tantum vegetante vitæ: hæc vero vegetantem simul & sentientem: id est, non duas vitæ, sed vnicam, quæ vñramque facultatem habeat. Similiter fidelis, fide credit historicæ, & iustificantis, non tanquam duplice, sed tanquam vna, quæ vñramque habeat: nimur & certitudinem historicæ, & applicationem peculiarem. Quare distinctione historicæ & iustificantis, nunquam sit in eodem subiecto, sed in diuersis: nisi forte doctrinæ gratia: quomodo in eodem igne lux & calor.

VIII. Sanderus cauillo lancinat hanc nostram sententiam. Nam, cum legit, fidelem confidere, & certo statuere sibi remissa esse peccata, illud statuendi verbum seuere exigitur, c. 13. lib. 3. de Iustificari. Certo statuere, inquit, est ex potestate libera de re potestate nostræ subiecta, certamque de re dubia sententia ferre. Quod probat ex 1. ad Corinth. 7. Qui statutus in corde suo firmus, non habens necessitatem potestatem autem habens sua voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Itaque neminem posse certo statuere, quod sit filius Dei, & hæres vita æterna: quod hæc res non sit in cuiusquam potestate.

IX. Verum hoc quicquid est, facillime diluitur. Fatemur, statuendi illam crebram esse significationem, fortasse etiam propriam, & primam, ut significet autoritatem in rem, cuius constitutio pendeat ab arbitrio nostro: unde Principum statuta: Imo etiam Dei. Et hoc sensu negamus aut quemquam

quam statuere posse sibi remitti peccata: aut eo sensu vñquam id verbi in hac materia vñpari. Quomodo enim? cum tam sollicite salutis nostræ originem tam procul abducamus à libero arbitrio? Et pronuntiemus in tanto mysterio nos tantum pati?

X. Sed existimamus secundarium esse eius verbi vñsum nonnihil inde deflectentem, vt inferat certitudinem conclusionis ex præcedentibus positis. Quomodo verbum λογικὸν vertit Beza 8. ad Roman. Λογικόν γένεται: Nam statuo minime esse paria, quæ præsenti tempore perpetimur, futura gloria in nobis retegendas. Nunquam putauit Beza hoc quicquid est de inæqualitate p̄t̄miorum & laborum, pendere à Pauli autoritate, vt pro arbitrio statueret. Sed obseruauit apud bonos latinitatis autores alio quodam sensu vñpari, qui respondeat τῷ λογικῷ, quoties denotat, certam sententiam, quæ elicitor ex positis præcedentibus, id est, ex solida ratione. Quomodo Cicero 2. de Oratore, Sine villa dubitatione sic statuo & iudico, nominem omnium tot & tanta, quanta sunt in Craffo, habuisse ornamenta dicendi. Arque adeo Isengrenius hac eadem voce eadem notione vñus est, in describenda morali coniectura, Tunc demum illas pro certro statuere & indubitatam fiduciam concipere posse, sibi esse remissa peccata. Confulnisset suo pudori Sophista, si ab hoc cauillo abstinuisset.

XI. Papistarum sententiam vnam esse omnium si quis putet, fallitur. Tridentini Concili verbâ hæc sunt, sicc. 6. Can. 13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum aſsequendam necessarium esse, ut credat certo, & absque villa hesitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit.

XII. Que verba non potuerunt scribi magis inconsiderate. Nam primo, quid illud est, ad aſsequendam remissionem peccatorum, necessarium esse, vt quis certo credat sibi esse remissa peccata? Aut potuit-ne Chorœbus loqui stultius? Enim uero monstra illa oportet fulle hominum, quæ potuerint eam fidem animo concipere: quomodo enim potest quod creditur remittendum, remissum esse: aut quod certo creditur remissum, dici remittendum: & quidem remittendum ob eam causam, quod creditur remissum? Apud nos certe nemo adeo stipes fuit, vt ob eam causam oriturum solem sperarer, quod ortum viderit, aut certo scierit. Ita ne vñus quidem docuit ad obtinendam remissionem peccatorum, necessarium esse credere remissa esse peccata. Sed docemus tamen omnes, eo quod remittantur peccata omnibus creditibus, quoque credentes statuere (vt hoc mihi verbo vt liceat bona Sanderi venia) sibi remissa esse peccata.

XIII. Secundo, quid illud est, absque villa hesitatione propriæ infirmitatis & indispositionis? An hoc est, vt nullum nobis timorem faciat, nullum terrorem incutiat nostrorum meritorum consideratio? Hæc, si quæ talis esse queat confidencia, τὰς απηλύγνωτας erit, non vñlius fidelis. Brutæ, inquam, stupiditatis non viuæ fidei. Huic sententiae dicamus sane vtrique anathema. Quandoquidem certum, neminem magis horrere sua peccata, quam qui maxime sentiunt sibi esse remissa: imo non sentiunt remissa, nisi horrent. An vero significat nullam nobis esse debere curam propriæ dispositionis: sed altam securitatem in omni turpitudinis genere, vt ne blasphemus discedat à blasphemia, fur à furtis, peccator denique a suis peccatis? Et huic rursus sententiae anathema Nemo enim magis discedit à peccatis, quam qui certissimi sunt sibi esse remissa.

XIV. Sed potest aliis sensus esse: sentiri quidem à fidelibus suam infirmitatem, suam etiam corruptionem, id est, sua peccata: nec sentiri sine horrore. Nec obstare tamen hunc sensum huic confidentiæ, quæ promissiones vñuersales peculiariiter applicat: vt dicat vñrum que fidelis: & se meritum esse æternam damnationem, imo non tantum esse meritum, sed etiam mereri quoridie: & se tamen certum esse non imputatum iri sua peccata: imo non esse imputata, sed se potius esse misericordiam consequutum. Huic vero sententiae quicunque anathema dixerit, esto ipse potius anathema.

XV. Quid ergo Papistæ doceant, inquiramus diligentius. Bellarminus videretur mihi vñrumque illud impugnare quod proposuimus caput, vnum de applicatione propria, alterum de certitudine eius applicationis. Nam cap. 8. 1. de Iustificat. disputat negans prorsus fidei iustificantis obiectum esse speciale misericordiam, coquenter quicunque haber argumenta. Nec aliter Coſterus videtur: qui mota questioni, debeat-ne Christianus certa fide tenere peccata sibi esse remissa, se iustificatum, sibi præparatam salutem æternam. se regni coelestis hæreditatem aditum, responder, nihil horum ad fidem pertinere.

XVI. Verum alii videntur magis de certitudine disputare. Lorichij hæc sunt in Fortalitio cap. de Fiducia. Habens fidem formatam & viuam, quæ sine vita sanctitate non inuenitur in homine, potest nonnullam fiduciam seu spem concipere de misericordia Dei: at fides ista non est ipsam fiducia. Sed & reliqui eam opinor ob causam, requiri volunt peculiarem revelationem, & sunul certitudinis gradum describunt. Quæſtio est, inquit Dominicus à Soto, cap. 10. lib. 3. de Natura & Gratia, vñrum valeat homo contra speciale revelationis priuilegium, de communione habere tantam certitudinem se esse in gratia Dei, quanta est fides catholica: Imo subiicit non dubitari, quominus hac de re possit fides quædam obtineri coniecturis maximis.

XVII. Negant ergo plerique: non vñuersum omnem peculiarem applicationem, qua quis ita apprehendat generales promissiones factas in verbo, vt sibi etiam sperer dimissa esse peccata: sed tantum hanc spem esse à fide catholica, aut cerram, & indubitatam.

XVIII. Quanquam non assenserunt omnes. Martinus Eisengrenius, H̄c c̄f. (inquit) Sacri Concilii (Tridentinum intellige) doctrina & sententia, prout Ecclesia Catholica, & vñuersi Christiani doctores nunquam aliter docuerunt, tales homines, si legitime a strenue se exercitant in bonis, laudabilibus ac piis operibus, & iam iustificati in dies magis ac magis iustificari satagent, iuxta D. Ioannis doctrinam, & Regit Prophetæ dictum, eant de virtute in virtutem, tunc demum illas pro certo statuere, & indubitatam fiduciam concipere posse, sibi remissa peccata, sequi in gratia Dei

constitutos. Imo Dominicus à Soto, & Alphonsus de Caſtro testantur nonnullos hac in re fuisse importunos Concilio Tridentino: & Soto nominatim contra eos disputat, Alphonsusque Guillaudum taxat, & auctorem Enchiridii Coloniensis. Nec defuerunt qui etiam fiduciam discreta in fide comprehendunt voluerint. Sadolerus Epist. ad Geneuenfes, Eſt enim amplum & plenum vocabulum fidei, nec solum in se credulitatem, & fiduciam continet, sed spem etiam. Gropperus in Enchirid. cap. de Pœnitentia, Fides certissima quædam fiducia est, qua toto nos Deo submittimus, totaque à gratia, & misericordia Dei pendemus.

XIX. Non consentiunt ergo inter se omnes. Sed qui negant, vt ne nihil dicere videantur, distinguunt certitudinem obiecti a certitudine subiecti. Illam appellant ipsam rei veritatem, sive, vt loquitur Vasques, immutabilitatem rei, quæ aliter esse non posse, quam cognoscitur: nec audent negare verum esse Petro fidei remissa esse peccata: imo non tantum verum, sed etiam certum, eadem certitudine, qua certum est ipsum Dei Verbum. Sed subiecti certitudinem appellant, cum consideratur in eius conscientia, cui remissa sunt peccata. Erest, interprete Vasque, firma quædam adhæſio assensu nostri ad rem quæ cognoscitur. Illam igitur cum concedunt, tum vero hanc negant, vt hæc tandem sit sententia. Certissime remissa esse peccata iustificato: sed iustificatum neminem id certo sciens, aut etiam scire posse, nisi per extraordinariam revelationem.

XX. Disputarunt hac de re Papista, Bellarminus de Iustificat. lib. 3. primis cap. 13. Dominicus à Soto de Natura & Gratia lib. 3. c. 10. & deinceps. Pererius ad Rom. c. 3. Disp. 19. &c. 8. Disp. 7. 8. & 9. Benedictus Iustinianus in 2. ad Cor. cap. vlt. Alphonsus de Castro aduersus omnes hæres lib. 7. tit. Gratia, hæres 3. Gregorius de Valencia Commentariorum Theologicorum tom. 2. disputat. 8. q. 4. p. 4. Salmero in Epist. ad Galat. disp. 5. Vasques in 1. 2. disp. 200. Cotonus Institutio lib. 9. c. 12. Bouerius 2. Symboli c. 2.

XXI. Catholici vero Caluinus Institutionis lib. 3. c. 2. Paræus contra Bellarminum de Iustificat. lib. 3. Matthæus Archiep. Eborac. Commentat. de Electione, Prædestinatione, & Reprobatione. Est eius oratio de Certitudine salutis. Robertus Sonius quæſt. trib. de Mortis Christi merito, & efficacia. Andreas Villetus disp. de Prædestinatione, q. 4.

C A P. II.

Suam fidem fidei esse cognitam.

I. Nos igitur oportet docere, & quemcumque fidem applicare sibi peculiariter promissiones vñuersales de Dei misericordia: & hanc applicationem non esse temerariam, aut incertam. Vtrique tamen capiti præuerendum aliud, quo subinde erit opus. Vtrum fidelis vere sciat, se vere credere. Quod caput ex professo disputatum non vidi apud Papistas, excepto uno Vasque, disp. 201. in 1. 2. non negante illo quidem certo scire quemque se credere: sed & habere habitum veræ fidei. Sed eius non est serius labor: quia vñico virutur fundamento, nempe quod negat definitum, vtrum detur cuique fidelis habitus. Quasi vero idem sit nūgari Papistice, & Theologice disputare. Enim uero, ceteri dixi, nemo disputer ex professo, tamen non desunt indicia, ex quibus, si non negare, faltem videantur in dubium vocare. Res ipsa docebit.

II. Sed illud, credere sicut oportet, ante omnia distinguendum. Potest enim referri: ad ipsius, quæ creditur, rei veritatem, quando fides distinguuntur ab hæres secundum veritatem, & falsitatem doctrina. Qua de re nunc nostra nulla quæſtio, sed quatenus fides sensum interiorum significat, distinctum non tantum ab hypocriti, quæ ipsa sibi testis est infidelitatis, quam dissimilat apud homines: sed etiam ab assensu historico, & persuasione mere humana. Catholicorum enim sententia est, veram fidem, per quam secessunt saluandi à damnandis, non esse nisi à Spiritu Sancto operante in cordibus. Hanc operationem, sentiri ab uno quoque in quo fiat, nec relinquere quenquam ignarum sui.

III. Primo Paulus 2. ad Timoth. 1. Non enim crediderim. Quibus in verbis necessario duo sunt coniunctum consideranda, & fides Pauli, & objectum eius fidei, vt sensus sit, ego me scio credere in Deum: & scio Deum esse Omnipotentem. Non alioquin, quomodo poterat, quælo, asserere se credere, si non pro certo haberet se credere? Et vero loquitur de sua salutis fiducia. Hæc autem non oritur ex eo quod tantum cognoscatur Deus Omnipotens & verax: sed oportet præterea in eum credi. Qui ergo nescit se credere, non potest hanc confidentiam habere. Itaque necesse est Paulo hunc fuisse sensum, vt sciret vñrumque, & se credere in Deum, & Deum esse potentem.

IV. Secundo, Ioan. 14. In illo die vos cognoscetis me esse in Patre meo, & vos in me, & me in vobis. Nota, In illo die, id est, post acceptum Spiritum Sanctum. Nemo autem fidelis est, qui non accepit Spiritum Sanctum. Cognoscetis, non tantum me esse in Patre: sed etiam in vobis, & vos in me. At Christus habitat in nobis per fidem, nec nos sumus in Christo nisi per fidem. Non potest ergo cognoscere Christus esse in nobis, si non eadem opera, cognoscamus nos habere fidem. Omnes ergo fideles cognoscunt se habere fidem. Et quidem veram: non enim per falsam, aut hypocriticam Christus est in nobis, aut nos in Christo.

V. Bellarminus respondet: vel ex Cyrillo & Augustino intelligendum de vita æterna, vel, si de hac, tum cognoscere nos esse in Filio, & Filium in nobis, non cito idem, quod nosse nos esse iustos: sed Christum esse caput totius Ecclesiæ.

VI. Sed de vita æterna, est quod miremur Cyrilli, Augustinique cogitationes: quæ totum orationis contextum discerpunt. Manifesta enim est ἀληθὺς οὐχία Non relinquā vos orbos: redibo ad vos. Adhuc paulum, & ruradus me non amplius conficiet: vos autem conficietis me: quia ego vñus, & vos vñnetis: In illo die vos cognoscetis me esse in Patre meo. In illo ergo die, nimirum cum ego non relinquam vos orphanos, cum mundus me non amplius visurus est, sed vos videbitis. At in altero aduentu, Videbunt quem configurunt. Itaque longe melius Chrysostomus, ac

DE FIDE.

200

Theophylactus interpretati sunt de die post resurrectionem Christi. Quibus accedit Ianuenius. Villagudus etiam diem Pentecostes intelligit: & cognoscere, ex reuelatione Spiritus. Thomas, *In illa die, post resurrectionem meam, cognoscetis: & hoc, cogniti ne fidei: quod tunc videntes eum resurrexisse, & esse cum eis, certissimam fidem de eo habuerunt.* Toletus, *Dies hic non unus, aut alter est, sed tempus à Domini resurrectione in futurum, etiam post aduentum Spiritus Sancti.*

VII. Sed nos esse in Christo, non est nosse nos esse iustos. Sane, inquam, si iustos intelligas ex operibus: quomodo nemo iustus, præter Christum. Sed si pergratiam, alia iam ratio est. Nam cui non sunt peccata remissa, hunc manere in Christo, non est verum. Nam hunc odit Deus. Concedo alterum membrum, nosse nos esse in Christo, idem esse, quod nosse Christum caput Ecclesiarum, dummodo ne iustus duntaxat: nam hoc ita noscunt Diaboli: sed ex energia Spiritus. Sed hoc rursum absque proprio sensu. Itaque diserte, nos esse in me, me esse in vobis. Quod si verum in nemine Christum est, nisi per fidem: non esse est, ipsam etiam fidem esse cognitam, aut ne cognitum quidem illud, esse in Christo.

VIII. Tertio: ad Corinth. post. *Vosmet ipsos tentate, an non sitis in fide, vos ipsis probate: an non agnoscatis vosmet ipsos, videlicet Iesum Christum in vobis esse? nisi reprobi estis.* Admodum disertus locus. Iubet fideles probare seipso, τοιούτους εἰσίνετε, οὐκανέτε. Potest-ne id fieri absque villa cognitione, villo sensu? Probare autem, quid? Vtrum sint in fide. Quid expectamus adhuc? Aut quomodo potuit habitus fidei designati disertus, quam per esse in fide? Ethabes tamen hoc ipsum esse in fide, explicatum per inhabitacionem Christi, de qua præcedens argumentum. Denique, Nisi estis reprobi. Vis magna. Quicunque non agnoscunt se esse in fide, sunt reprobi. Adde, at nulli fideles sunt reprobi. Facilis inde conclusio.

IX. Sunt varie, ut videre est apud Peretium disp. 8. in 8. ad Rom. Primo, vel illud Christum esse in nobis, interpretandum: de praesentia Christi per miraculosos fidei effectus: vel intelligendum, Videant Corinthii, an retineant puram & sinceram fidei doctrinam, an vero tanquam reprobi eam perdiderint: vel non significari cognitionem omnino certam, qualis ex certitudine diuina fidei profiscitur: sed per humanas, & probabiles coniecturas, sive certitudinem moralem. Denique non loquuntur Paulum absolute, sed cum conditione, addendo, Nisi forte reprobi estis: esse autem certum in homine Christiano, non reprobo, id est, qui propter peccata sua mortalia non meretur a Deo deseriri, & gratia spoliari, habitare Christum per gratiam.

X. Sed nos scimus ex Veteribus nonnullos, Chrysostomum, Theophylactum, verba Pauli intellexisse de fide miraculorum: quia tum temporis solerat, qui credebant, etiam miracula edere. Sed id procul ab a verisimili. Primo enim falsum solitos Christianos edere miracula: sed tantum quosdam. At Paulus non iubet quosdam tentare se: sed omnes Corinthios. Deinde, disiunctio non valeret, significata per illa postrema, Nisi forte reprobi estis. Nam haec significat, aut Corinthios esse in fide, & in eis habitare Christum, aut reprobo esse. Atqui hoc falsum de fide miraculorum. Quia, & olim pauci in quibus habitabat Christus, erant θυματεῖαι, & multis post seculis, aut nulli, aut ferme nulli. Item nonnulli patabant miracula, qui tamen non erant in Christo, ut Iudas.

XI. Quare secunda interpretatio longe est præferenda, de pura & sincera fidei doctrina. Iustinianus, Ego, inquit, de fide Theologica accipio: puto, A' o' volum monere Corinthios, ut suam vocationem expendant, & munera diuinis accepta cognoscant, ex quibus intelligere possint, & quae sit percepta fidei efficacia, & Christū in ipsis quodammodo habitare. Et paulo post, recensita Chrysostomi sententia, Ego nonnihil hereo: cum enim probe norim, etiam signa, atque prodigia ab iis interdum patrari posse, qui a Christo sunt alieni, non plane intelligo, qua ratione constet, quod ait Chrysostomus, ex fide miraculorum Christi presentiam deprehendi. Itaque de vera Theologica fide loquitur.

XII. Sed longe ante hunc Ambrosius, eti si de mutua probatione perperam, tamē vidit aliam esse fidem, quam illam miraculorum: Hoc est reprobū esse, nescire religionis, & professionis sua fidem. Qui enim fidei sua sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse. Theodoreetus, Non nostra, sed vos ipsis examine, & disquirite, & considerate an vere estis in fide fundati: oportet enim vos cire, quod ipsum Christum Dominum habetis inhabitantem. Qui enim non habet hanc fidei cognitionem, desertus est: hoc enim dixit illud, Reprobi. Anselmus, An non cognoscitis vosmet ipsos, id est, non cognoscitis, quales sitis intus, scilicet, quia per fidem, quam a nobis accepistis, est Christus Iesus in vobis. Qui enim fidei sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse: Et vos ita scitis cum in vobis esse, nisi forte reprobi estis. Hoc est enim, reprobū esse, nescire fidem professionis sue. Reprobū enim, id est, retro a probitate alienus, qui probitatem fidei, & bona operationis, quam in baptismo accepit, ignorat, vel deseruit. Nec Thomas aliter.

XIII. Admittimus ergo secundum membrum: nempe, vtrum Corinthii essent in fide, id est, in vera doctrina Christi, quam acceperant ab Apostolo. Et hoc ipsum robur est nostri ex Apostolo argumenti. Nam si non posset esse sua fides cuique cognita fidelis, nemo posset fidelium scire, se esse in vera doctrina: ac proinde nemo seipsum probare, quod ille iubet fieri.

XIV. Sed haec cognitione incerta est, inquit, & per coniecturas. Hoc, inquam, Papistæ volunt: sed volunt præter rationem. Nam, primo, si ea esset, nulla daretur probatio propriæ dictæ. Etenim probatio discernit verum a falso: id autem non potest, si probatione facta, incertum remaneat vtrum sit: & remanet incertum, si nihil datur præter coniecturas. Secundo dilemmatis necessaria conclusio est, si partes vere sunt oppositæ. At huiusmodi dilemma Paulus indicat, per hæc verba, Nisi forte estis reprobi. Nam inter reprobos, & electos non datur medium.

XV. Nam quod hanc partem Peretius vertit in hypothesis, facit in considerate. Paret enim cuicunque, vel exercienti, pertinet ad vim argumenti: ut sit, Vos, cum probabis vos ipsis, agnosceris esse in fide, & in Christo. Nam alioquin essetis reprobi. Est autem verum quod subiicit Peretius, certum esse in homine Christiano, non reprobo, habitare Christum per gratiam. Quare & conclusio necessaria: Fideles, cum probant se, quia

sciant se esse fideles, etiam certo scire in se CHRISTVM habitare per gratiam.

XVI. Quarto: si nemo certo cognosceret fidem suam: Ergo serio interrogatus, non posset eam confiteri. At quilibet fidelis, potest eam confiteri, tum cum serio interrogatur, & teste Deo. Ergo eandem certo cognoscit. Consequentia per le pater, quia tunc agitur negotium conscientiae, quæ nullo modo mentiri debet: minime autem omnium, cum serio interrogatur, & sisit coram Deo scrutatore cordium: imo, cum a Deo ipso interrogatur. Concedo equidem non paucos mentiri. Sed vicissim concedant oportet aduersarii, non omnes mentiri: imo nullos fideles mentiri. Necesse est ergo, ut concedant iisdem certo cognitam esse fidem suam. Nam mentitur, non tantum, qui id assertit quod non est: sed etiam qui tanquam certum id, quod incertum.

XVII. Confiteri autem fideles suam fidem, quod sumitur in minore, vix eger probatione. Nam præterquam constat, obligari omnes ad confessionem: ideoque formulam esse prescriptam in Symbolo. Credo habemus exempla editæ confessionis. Matthei 9. Creditis, me hoc posse facere: Dicunt ei, Etiam, Domine. Marc. 9. Iesus dixit ei, Sepotes hoc credere, omnia fieri possunt credenti. Pater vero pueri statim clamans cum lacrymis dixit, Credo, Domine, succurre incredulitati mea. Ioan. 6. Et nos credidimus, & nouimus, te esse Christum illum, Filium Dei vivens.

XVIII. Nisi forte quis dicat, aut non terio interrogatos, aut perfunditorie respondisse. Cum tamen, & Christus interrogat: & Christo responderint. Imo adverte, quam ferio ille, qui etiam modulum suæ fidei agnoscit, Credo, subiungi incredulitati mea. Magna simplicitas! magnus candor! Testatur ergo, se & vere sentire suæ fidei motum, & nihil dissimulare apud interrogantem.

XIX. Denique testem habemus Augustinum de Trinitate, lib. 13. cap. 2. *Fides est in intimis nostris: nec eam quisquam hominum videt in alio, sed unusquisque in semet-ipsῳ: denique potest, & simulatione confingi, & pusari esse in quo non est. Snam igitur quisque fidem apud seipsum videt. Et post paulo, Hac in animo credentis est, et tantum conspicua cuius est. Etc. i. Fidem ipsam quam videt quisque in corde suo esse, si credit, vel non esse, si non credit, aliter nouimus: non sicut corpora. Et post, Non sic videtur fides in corde in quo est, ab eo cuius est: sed eam tenet certissima scientia, clamataque conscientia. Cum itaque propterea credere iubemur, quia id quod credere iubemur videre non possumus, ipsam tamen fidem, quando inest in nobis, videmus in nobis. In Psalm. 149. Est ergo modus glorians in conscientia, ut noueris fidem tuam esse sinceram, ut noueris spem tuam esse certam: ut noueris charitatem tuam esse simulationem.*

C A P . III.

Fidem applicare promissiones.

IN Vno probemus, quemcunque fidelem applicare sibi peculiariter promissiones viuerales de Deimisericordia, ac proinde remissionem peccatorum, spemque vitæ æternæ. Imo, & certitudinem prædestinationis, sive potius electionis. Nam, et si hanc Bellarminus separat, tamen reuera vna est eademque questio: itaque nos coniungemus.

II. Probatur ergo, primo ex n. ad Hebr. Est autem fides ἡπιστεία στρατηγία, sperandarum substantia rerum. Interpretate Latino: vel Beza, Illud quod facit ut extensus sperantur. Quem locum paulo post sumus plenus tractatur: cum agetur de Certitudine. Nunc illud tantum attendimus, fidem dici terum sperandarum. Itaque non posse sciungi a spe. Unde Roman. 4. dicitur, Abraham, ἐπειδὴ πιστεύει, sub spe credidisse. Et ad Gal. 5. Nos ex spe pietatis expectamus. Si ergo nulla fides vera, absque spe: nulla autem ipsis absque applicatione, profecto nulla fides est absque applicatione. Disertus: Quicunque dicit se sperare vitam æternam: non hoc tantum dicit, se sibi persuadere futuram aliquam aliquando vitam æternam, qua fruatur aliquis: sed specialiter, se eius futura vita futurum compotem. Si ergo quicunque credit vitam futuram, sperat hanc ipsam: ergo oportet hunc eundem ipsum sibi persuadere huius se foris compotem. Quod si est, tum necessario fidem comitatur peculiaris applicatio.

III. Nisi quis forte neget spem cum peculiari applicatione coniunctam esse. Sed is, si quis fuerit, citato, se eadem opera negare solem lucere meridie. Primo enim is ipsis est. Luc. 3. Simutum dederitis iis, a quibus speratis recipere, id est, ut expressit Beza, vos recepturos. Non enim intelligebat Christus, aliquos video liberales, quod sperarent alios, nescio quos, accepturos, sed ipsis. Ad Roman. 15. Spero præteriunt videre vos, hoc est, vt in vulgata Editione, quod præteriens videam vos.

IV. Præterea ipsa Scriptura, non aliter describit spem Christianam. 1. Ioan. 13. Scimus fore, ut cum ipse patet factus fuerit, similes ei simus: quoniam videbimus eum sicut est: Et quisquis habet hanc spem in eo, purificabit se. Audin' spem appellari illud ipsum, Scire non alios, nescio quos, sed nos futuros similes Christo? Ad Tit. 3. Ve iustificati ipsis gratia, heredes efficeremur secundum spem vita æterna. Itaque ad Colos. 1. Paulus vocat, ἐπειδὴ πιστεύεις, τὸ τοῦ σπερματοῦ, spem sepositam vobis in cœlis. Illud etiam ad Roman. 5. Gloriamur sub spe gloria Dei. Iustinianus interpretatur, gloria Dei munere ac beneficio consequenda, in paraphraesi: in Explanacione autem, Non enim spes nostra diuinam gloriam, qualis in ipso est, proprie spectat: sed qualem nobis, suo diuino munere imperit, tanquam filii ad hereditatem adpatit.

V. Huic argumento non nihil obesse videtur, quod Bellarminus obseruat, ἐπειδὴ πιστεύει, qua voce vtitur Paulus, reddi posse, Sperantum. Et ita legi ab Augustino aliquor locis. In homil. 50. hom. 32. in Ioan. tract. 79. & aliis.

VI. Sed hoc infirmum est. Primo, quia solus nominari potest Augustinus: alii omnes aliter, & diserte Chrysostomus, cumque sequutus Occumenius, connectunt, ἐπειδὴ πιστεύει, τὸ τοῦ σπερματοῦ. Theophylactus ad eundem sensum, Fides rerum substantia est, que nondum subsistit, qualis est resurrectio. Item Theodoreetus, Ad corum que sperantur contem latiorē, ea nobis ostendit effectus. Mitto alios, Neque dissentunt Papistæ: non tantum enim Iustinianus

Justinianus communem sententiam præfendam pronunciat: sed etiam Salmero disertius, *Hoc nequit confidere, cui aperi Craca litera repugnet,* id est, earum rerum, quæ sperantur, subsistentia. *Ei ita verbum, Sperandarum, non potest esse media coniugationis, sed passus:* & ad res quæ sperantur, necessario refertur, non ad homines sperantes.

VII. Secundo, nihil officit hæc ipsa diuersitas. Nam Augustinus ipse, & que nobiscum intelligit, de peculiari applicatione, per quam vnuquisque sibi sperat ea ipsa bona, quæ credit propter promissiones. Locus est notatu dignus, capite trigeminio primo secundi de Peccatorum meritis & Remissione: postea plenus recitandus: *Nunc id tantum obseruo, si dem, quæ credat, non sperando, quod non videt, sed amando quod videt, esse encruem, & debilem, nec fidem omnino dicendam, quandoquidem fides, inquit, ita definita est: Fides, est sperandorum substantia.* Si cùm legitur in editione Frobeniana: quamvis Veneta habeat Sperantium. Sed hoc, siue sperandorum, siue sperantium, quid sit, habes paulo ante, *Quid enim magnum erat, videntio nō mori eos, qui crederent, credere se non moriturum? Quantu[m] maius, quanto fortius, quanto laudabilius, ita credere, ut se speret moriturus sine fine uitetur?* Audit' tu, Credere non indefinite aliquos non morituros, sed determinate, se non morituros?

VIII. Præterea, Fides apprehendit quæcunque manifestata sunt in Scripturis Sanctis, eo modo, quo sunt proposita: aliter scilicet, quæ simpliciter pertinent ad doctrinam, quæ contemplatur res extra nos positas: aliter vero quorum usus est in applicatione. In primo ordine ea sunt, quæ de Deo, de Angelis proponuntur, deque Creaturis, tantum in eum finem, ut certo sciamus ita esse. In altero autem ordine, sunt quorum finis est in praxi: Cuiusmodi sunt, quæcunque ad sanctificationem pertinent: Neque enim sufficit verba fidei, ut sciat non furandum: sed debet quicunque credit, cogitare sibi id ipsum esse prohibitum: ideoque ipsum illud praecipum sibi nominatum applicare.

IX. In hoc autem ordine esse, quæ pertinent ad spem beatitatis, vix puto admonendum. Si tamen quisquam sibi demonstrati postulet, is ita habeo: Non posse pertinere ad primum ordinem. Nam quæ in eo sunt, ita sunt, ut non tantum vera sint, sed etiam plenum suum effectum sortiantur, etiam si nemo iis, tanquam veris suum sensum subiiciat, assentiendo, siue per voluntatem, siue per iudicium. Sic enim homo peccator est, & propter peccatum damnandus: quantumvis omnes utrumque negarent creaturæ. At non ita comparata, quæ ad spem pertinent beatitatis. Nam etsi verissimum sit, Filium Dei esse Mediátorem Dei & hominum, tamen si nemo huic veritati assensum prebeat, nullus eius ad salutem effectus sit. Cum ergo non possint ista ad priorem ordinem referri, necessario referuntur ad alterum.

X. Idem patet ex natura promissionum. Nam quæ ad priorem ordinem pertinent, ea nunquam sub promissionis nomen veniunt. Nunquam enim Deus pollicetur se esse cœlum & terram: se esse Omnipotentem, esse infinitum: Angelos esse spiritus, homines esse peccatores: & similia. At quæ ad spem salutis referuntur, ea proposita sunt in forma promissionis: vnde etiam ab Apostolo, hoc nomine absolute comprehenduntur. Ad Rom. 4. *Non enim per legem promissio. Et 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse Circumcisio[n]is pro Dei veritate, ut confirmaret promissiones Patrium.* Ad Ephes. 2. *Extranœ à patris promissionis. Tertio, Gentes esse coheredes, & concordes, consortesque promissionis eius in Christo per Euangeliu[m].* 1. ad Timoth. 4. *Pietas ad omnia visibilis est, ut quæ promissionem habeat vita presentis ac futura.* Sexcenti sunt eiusmodi loci.

XI. Hoc ergo quicquid est, censendum venit ex natura promissionum, quæ nullæ, aut sunt, aut considerari possunt absque applicatione peculari. Ideoque vix absque ea concipiuntur. Numer. 10. *Domini bona promisit Israeli.* Deuter. 10. *Non habuit Leui pariem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus posse eius est, sicut promisit ei Dominus Deus tuus.*

XII. Et vero in eundem modum hæc concipiuntur de rebus tantis promissiones, ut non tantum indefinite legantur, sed etiam determinatae. Ita statim ab initio Abraham dictum: non, ero Deus corum, qui timebunt me: sed conceptis verbis, Genes. 17. *Ero Deus tuus, & seminis tui post te.* Unde Paulus ad Rom. 4. *Promissionem, dicit factam Abraham, & semini eius.* Et post, *et firma sit, inquit promissio toti semini.* Quosq[ue] autem hæc determinatio, si pecularis applicatio nulla esse debet, nulla esse potest?

XIII. Adde solitus Apostolus, has ipsas promissiones, peculiarter illis applicare, quos aut instruebant, aut confirmabant in fide. Infiniti sunt huc pertinentes loci. 1. ad Cor. 1. *Gratias ago Deo meo semper de vobis, ob gratiam quæ data est vobis in Christo Iesu.* Et post, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem Filii ipsius Iesu Christi Domini nostri.* Iterum, *Ex ipso vos estis in Christo Iesu.* Et 12. *Vos autem estis corpus Christi.* Post. 1. *Quod sciamus vos sicut socii estis per p[ro]missionem, ita etiam fore consolationis.* Ad Ephes. 1. *Posteaquam credidistis, ob signati estis Spiritu illo promissionis sancto.* Secundo, *Gratias seruat[ur] estis per fidem: Non estis amplius hostes, & inquilini, sed concines Sanctorum, ac domestici Dei.* Ad Coloss. 2. *Eritis in eo completi, qui est caput omnis imperii at potestatis: in quo etiam circumcisus estis circumcisio[n]e quæ fit sine manibus corpore peccatis carnis exuto in circumcisione Christi: confessi cum eo per baptismum, per quem etiam cum eo resurrexisti;* et fidem Dei efficaciter agentis, qui excitauit eum ex mortuis: vosque mortuos in peccatis. *& proptilio carnis vestrae, cum eo vivificauit, condonatis vobis omnibus peccatis, ac delecto quod aduersum vos erat rituum chirographo.*

XIV. Primæ Petri 1. *Vt qui sciatis vos non caducis rebus, argento, vel aurum, rufiesset redemptos ex tua vestra conuersatione, ex Patrum traditionibus accepta: sed preioso sanguine, rupore agni immaculati & incontaminari Christi.* Secundo, *Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus, quem sibi Deus ut proprium vendicat: qui quondam eratis non populus, nunc estis populus Dei: qui non consequuntur misericordiam, nunc estis misericordiam consequenti. Primæ Ioannis secundo, *Scribo vobis filoli, quoniam remissa sunt vobis peccata, propter nomen eius.**

XV. *Quid? quod non aliis tantum, sed ipsi sibi fideles applicant, ut solet applicari singulis id, quod est generale?* 2. ad Corinth. 1. *Nos omnes recte facie gloriam Domini, ut in speculo intuentes, in eandem imaginem transformamur ex gloria in gloriam.* Quinto, *Scimus nos, si terrefris huius domus no-*

*stra tabernaculum dissolutum fuerit, edificium ex Deo habituros, domicilium videlicet non manufactum, eternum in caelis. Ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso antiqua[re] crenatur fundamenta mundi, ut simus Sancti, & incalpati coram e[st] per charitatem: qui predestinavit nos, quos adoptaret in filios, per Iesum Christum. Secundo, *Etiam cum per offensas mortui essemus, una vivificauit nos per Christum, cuius gratia e[st] eis seruati.* Ad Coloss. 1. *Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participandam sortiem Sanctorum in luce, qui inquam, liberavit nos a potestate tenebrarum, ac translavit in regnum Filii sibi dilecti: in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, id est, remissionem peccatorum.* Prima Petri 1. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex multis sua misericordia regenuit nos in spem vitam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem, quæ nec perire potest, qui virtute Dei custodiatur per fidem ad salutem, quæ parata est paterfieri tempore ultimo.* 1. Ioannis 2. *Per hoc scimus nos in ipso esse.* Quinto, *Videte qualiter charitatem dedit nobis Pater: nempe, ut filij Dei vocem: charissimi nunc filij Dei sumus: sed nondum paterfatum est, quod erimus: si imus autem fore, ut cum ipse pater factus fuerit, similes ei simus: quoniam videbimus eum sicut est.* Quaranto, *Per hoc paterfatum est charitas Dei in nobis, quod Filium illum suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vitam per eum.**

XVI. Infinita sunt huiusmodi: Sed quid magnificentius illis Pauli verbis 8. ad Rom. *Quanquam illa pertinent ad sequens caput: hic tamen etiam utilia: quod cum prius electos Dei Paulus nominasset in genere, quis intentabit crimina aduersus electos Dei? ut ostenderet sibi esse praemaniibus, non particularem aliquam revelationem, sed generalem consolationem, statim mutata persona, quis nos separabit a charitate Christi?* Imo in his operibus plus quam victores sumus, per eum qui dilexit nos. Et eadem phrasim continuata, pronunciat certum se esse, nullam rem separare nos posse a charitate Dei. At hoc absurdum est, si a generalibus missis nulla potest, nulla debet applicatio fieri.

XVII. Nec pro nilo est: quod promissionibus Scriptura docet addi arrhaboneum, & sigillum, quo quasi depignorati sint singuli in spem earum promissionum, quæ facte videbantur generaliter: Primo enim naturam circumcisionis, describens Apostolus ad Roman. 4. *Signum, inquit, accepit circumcisionis, ἡ οὐρανοῦ τὸ δικαιοῦ, signaculum institutio fidei,* siue ut olim verterat Beza, *quod obsignaret institutionem fidei.* Quæ eadem efficacia est in Sacramentis nostris. Est enim Baptismus particularis applicatio remissionis peccatorum, generaliter promissio in Verbo. Vnde Petrus 3. *Baptismum dicit nos seruare.* Et Paulus ad Tit. 3. *Seruauit nos per lauacrum regenerationis.* In Cœna etiam haberi communionem cum Christo, diserta sunt verba Pauli prioris ad Corinth. 10. At non possunt certe Sacra mentem habere aliam nullam, quam incerte, & indefinita promissionis: quandoquidem singulis applicentur.

XVIII. Quam efficaciam Bernardus eleganter inuestitura comparat serm. 1. de Cœna Domini, *Datur annulus absolute propter annulum, & nulla est significatio, datur ad inuestendum de hereditate aliqua, & signum est ita ut iam dicere possit, qui accipit: annulus non valer quicquam, sed hereditas est quam quarebam.* In hunc itaque modum appropinquans passioni Dominus, de gratia sua inuestire curauit suos, ut inuisibilis gratia, signo aliquo visibili prestatetur. Et post, *Varia sunt inuestitura secundum ea, de quibus inuestimur. Verbi gratia inuestitur Canonicus per librum, Abbas per baculum, Episcopus per baculum & annulum simul: sic ut, in huiusmodi rebus est: Sic & dimensiones gratiarum diuersis sunt traditæ Sacramenta.* Quæ est gratia, unde per baptismum inuestimur? Utique purgatio delictorum. Quid istic plenius? Nam certe inuestitura non potest ea dici natura, ut nemo certus sit eius rei quæ per inuestitutam significatur. Quare necesse est fateri per Sacra menta confirmati fideles, ut non tantum credant in genere, aliquibus tandem obuentur aeternam vitam: sed ut sibi: alioquin nulla est inuestitura.

XIX. Sed longe maius est argumentum interioris illius inuestiturae, ut ita dicam, quæ sit in singulis fidelibus: & quam Scriptura selectis verbis celebat: *testimonium appellans, & quidem Spiritus, quod habet in se quisque fidelis: & signaculum, & arrhaboneum, & vocationem, & similia.* Ad Roman. 8. *Ipse Spiritus, testimonium reddit spiritui nostro, nos esse filios Dei.* Prima Petri 5. *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in seipso.* Est autem hoc testimonium, nempe quod vitam eternam dedit nobis Deus. Ad Ephes. 1. *In quo sperasti & vos audito sermone veritatis, Euangelio salutis vestre: in quo etiam posse quam credidistis, obsignati estis spiritu illo promissionis Sancto: qui est arrhabo hereditatis nostre, dum in libertatem vindicemur.* Post. ad Corinth. 1. *Qui nos confirmat vobiscum in Christum, & qui unxit nos, Deus est: qui etiam obsignauit nos, deditque arrhaboneum Spiritus in cordibus nostris.* Nihil potius efficacius. Nemo signatur in spem indefinitam: sed tantum cui peculiariter applicatur promissio. Arrhabo autem, cuius causa datur? An ut quis sciatis columnmodo promissam omnibus promiscue, nulloque delectu rem, paucis obuenturam, an potius, ut quisque norit se inter omnes, imo ex omnibus delectu, cui certa fierer promissio?

XX. Hilarius in Matth. canone 5, *Contemptum seculi, & fiduciæ futurorum toto superiore sermone precepérat.* Nam cum ad iniuriam pronus iubet esse, & ad dannum voluntarios, & ad volitionem negligentes, & ad diligendum promiscuos, & ad humanam gloriam incuriosos, confirmare nos in spem bonorum aeternorum laborat. Plures enim, & amor presentium, & desperatio futurorum incertos facit, & aut illecebris capit, aut infidelitatem confundit. Ergo regnum celorum, quod Propheta nunciauerunt, Iohannes predicauit, Dominus noster in se esse possum est professus, vult sine aliqua incerta voluntatis ambiguitate sperari, alioquin iustificatio ex fide nulla est, si fides ipsa fiat ambigua.

XXI. Augustinus in Psalm. 130. *Nos sic credamus, ut in ipsum credamus diligentes eum: & non dicamus, quid nobis, & tibi est: sed dicamus portius, ad te pertinemus, in nos redemisti.* Omnes ergo, qui sic credunt, tanquam lapides sunt viui, de quibus templum Dei edificatum est: & tanquam ligna immutabilia, quibus arca illa compacta est, quæ in diluvio mergi non potuit. In 148. Erigat se humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se auerterat, non dicat, Non ero. Qui promisit Deus est: & venit ut permetteret. aulo pos, *Quid tibi promisit Deus o homo mortal[e]?* Quia vivitur es in eternum. Non credis? Crede, crede: Post, *Quiddam vestrum iam si[us] est, quod hic accepit ubi mortuus est, ubi crucifixus est.* Iam quedam primitia tua processerunt, & dubitas, quia securus es?

XXII. Cyprianus de Mortalitate, *Eius est mortem timere, qui ad Christum nolit ire: eius est ad Christum nolle ire, qui se non credit cum Christo inciperere regnare.* Scriptum est enim, iustum fide viuire. Si iustus es, & fide viuis: si vere in Deum credes, cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, ame letaris, & quod Diabolo caras gratularis? Post, Si tibi vir grauus, & laudabilis aliquid colligeretur, haberes utique pollicentis fidem, nec te falli, aut decipi ab eo rederes, quem stare in sermonibus, atque in aeternis sciris. Num Deus tecum loquitur, & tu mente invicula perfidias fluctuas? Deus de hoc mundo recedenti te bi immortalitatem, atque eternitatem pollicetur, & tu dubitas? Hoc est Deum omnino non nosse: hoc est, Christo credentium Dominum, & magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est, in Ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

XXIII. Bernardus in Annunciatione, Serm. 1. Cum dixit opus esse credere, primo non posse haberi remissionem peccatorum, nisi per indulgentiam Dei: secundo, nihil haberi posse boni operis, quod non dederit ipse: tertio, vitam eternam nullis quenquam posse operibus promereri, Verum, inquit, haec que nunc diximus, non omnino sufficiunt: sed magis initium quoddam, & velut fundamentum fidei, sunt habenda. Ideoque, Si credis peccatum tua non posse deliri nisi ab eo cuiuslibet peccasti, & in quem peccatum non cadit, bene facis: sed adde auctor, ut & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonii, quod perhibet in corde nostro Spiritus S. dicens, dimissae sunt tibi peccata: sic enim arbitratur Apostolus, gratias iustificari hominem per fidem. Ita de meritis quoque. Si credis non posse haberi, nisi per ipsum, non sufficit, donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis, quia habes ea per illum. Sic & de vita eterna habebas, necessum est testimonium Spiritus, quod ad eam diuino sis munere pertinuerit. Ipse enim peccata cononat: ipse donat merita, & promittit nihilominus ipsi redonat. Porro testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Idem sermone de Fragmentis septem misericordiarum, Tria sunt, quae sic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propria uitatis, nulla estimatio cœlestis beatitudinis ab altitudine spei deicere possit in ea firmiter radicatum. Et post, Tria considero, in quibus tota spes mea confisbit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmure iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea, dicens: Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo: Scio cui credas, & certus sum, quia in charitate nimis adoptauit me, quia verax in promissione, quia potens in exhibitione. Licit enim ei facere quod voluerit. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur.

XXIV. Denique usus Sacramentorum hanc ipsam applicationem potentissime demonstrat. Sunt enim Sacraenta addita promissionibus factis generaliter de salute eterna. Sed conferuntur sigillatim singulis: non proponuntur tantum spectanda omnibus. Itaque cum celebratur baptisma, non tantum praedicatur, baptismo significari remissionem peccatorum: sed diserte: Ego, inquit minister, baptizo te: nimirum, ut qui tantum Sacramentum excipit, de seipso peculiariet cogite: & sibi promitti aduerterat, cui significando baptisma est institutus. Sic Paulus docet Abraham datam circumcisioνē, ἡ Φαρισαῖον διευστῶν, ad Rom. 4. Sic 5. An ignoratis, nos quotquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius esse baptizatos? Sepulti igitur sumus una cum eo per baptismum in mortem. Ad Tit. 3. Seruauit nos, per lauacrum regenerationis.

XXV. Respondet Bellarminus: Sacraenta esse signa salutis infallibilia: at non absolute: sed ex parte sui: significari enim in baptismo, hominem lauari, non simpliciter: sed si non ponat obicem. At posse fieri, ut quis simulans ad baptismum accedit.

XXVI. Imo frustra est: Nobis enim in disputando supponitur fides: ac proinde remouetur impedimentum. Itaque stat argumentum. Quandoquidem ea sit vis Sacramenti, ut promittat salutem, non indefinite aliquibus, sed definite iis, quibus ipsa conferuntur, si non ponant obicem: ergo applicare iisdem sigillatim. Itaque posse quemque baptizatum fidelem, dicere, seruavit me Deus per lauacrum regenerationis. Nam fidelis, non ponit obicem. Multos hypocritas ad baptismum accedere, nullus dubito: sed quorundam hypocritas: cum de fidelibus? An interfideles, hypocritas? Itaque haec importuna est instantia.

C A P. IV.

Argumenta Papistarum contra applicationem promissionum ex Scriptura.

I. Argumentantur contra Papistæ, apud Bellarminum, & Sanderum. Primo: Fides, quam Christus exigebat, & in cuius confirmationem miracula faciebat, fides erat iustificans. Videamus ergo, inquit Bellarminus, quam exigeret, quam signis ac prodigiis comprobaret. Matth. 9. Credis, quia hoc possum facere vobis? Tum respondentibus, Vtique Domine: subiecit, Secundum fidem vestram fiat vobis. Haec erat fides Omnipotentiae, non specialis misericordiae. Et 10. laudatur fides Petri, qui tamen nihil credit nisi diuinitatem. Luca 7. Fides Centurionis ita laudatur, ut dixerit Christus, se tantam fidem non inuenisse in Israel: & haec non fuit, nisi Omnipotentiae. Sic Ioan. 1. Fides Nathanaelis: sexto, Apostolorum: undecimo, Marthæ, 14. docet obiectum fidei, Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. 20. cum Thomas tandem exclamasset, Dom natus es, & Deus meus: audit a Christo, Quia vidisti me, Thomas, credidi: beati, qui non videbant & crediderunt. Denique ibidem, Haec scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis eternam. His addit Acto 2. 4. 13. 17. nullum esse verbum de speciali misericordia. Non 4. ad Roman. cum laudatur fides Abrahæ.

II. Mirum, inquam, argumentum: Et varie peccans. Primum enim feliguntur loci ad arbitrium, non omnes examinantur. Itaq; hoc ad summum poterat concludere Sophista. Ergo his locis non docetur fidei obiectum esse speciale misericordiam. Sed hoc concessio, non sequitur, non multis aliis. Itaque, ab antecedente particulari, inferitur uniuersalis conclusio.

III. Vedit Bellarminus hoc peccatum: itaque ad extremum, Haec, inquit, testimonia probant fidem iustificantem habere pro obiecto aliquid aliud præter misericordiam speciale. Ergo, inquam, extra oleas. Fuerat enim a te, Bellarmino, thesis posita, to tidem verbis, Fidei iustificantis obiectum non esse speciale misericordiam, sed omnia, qua Deus ruelauit. At tu non hoc probas: sed probas aliquid esse obiectum eius, præter hanc misericordiam. Quid ergo obstat, quominus dicamus ipsum te a te refutari? Nam si haec misericordia specialis, non sit obiectum fidei: ergo non erit aliquid aliud eius obiectum præter eam, & si est aliquid aliud præter eam: cum haec etiam est obiectum eius, quod nos volumus. Sentisne peccatum tuum, Bellarmino, an vis disertus exprimi?

IV. Nos ita statuimus: Sola contraria mutuo se tollere: ut uno posito negetur alterum: vt si dicam, noctem esse, statim legitime concludas, non esse diem. Quomodo Paulus 1. ad Corinth. 10. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum. Sed negamus revelationis articulorum fidei, contrarium esse speciale misericordiam. Et hoc facile probamus, ne longe perito argumento, ab ipso illo postremo loco, Haec scripta sunt, ut credatis, quod Iesus est Christus Filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine eius. Nam certe contraria non subordinantur. At hic manifeste subordinantur, Credere, quod Iesus sit Filius Dei: & habere vitam eternam. Potest ergo utrumque concurrere. Ridicula ergo conclusio: doquit illud Christus: ergo hoc negauit.

V. Si sit non efficit his locis confirmata fides illa specialis misericordia: at sufficeret, si aliis commendata. Matthæi 9. oblati sibi paralyticus, Christus dixit, Confide, fili, remissa sunt tibi peccata tua. Et rursus mulier hemorroissa, Confide filia, fides tua seruavit te. At haec fides quænam fuit? Diserte, Si solum tetiger vestimentum eius, seruabor. Quid est? Constat-ne his locis laudatam esse peculiarem misericordiam fidem? Nam paralyticus non dixit Christus: Confide, remittuntur quibusdam peccata, sive remittuntur omnibus fidelibus, sive pollicitus est Deus se remissum, quæ verba sunt fidei illius meteora, quæ nihil, nisi universalem misericordiam considerat: sed dixit, remissa tibi sunt peccata: Et de hoc voluit, esse securum. Nec mulier dixit. Si quis tetiger vestimenta, seruabitur: sed ego seruabor: & hoc supposito, dixit Christus, fides tua: illa nimis, quia credis te seruandam, si tetigeris vestimenta mea.

V. VI. Sed secundo: magna inconsideratio est Sophista: qui locos enumeravit etiam aduersum se. Sunt enim in iis, qui manifeste continent specialem misericordiam: quandoquidem hoc ille nomine voluit designare eam, quam nos applicationem appellamus. Mitto Matth. 9. illud, Creditis quia hoc possum facere vobis? quia postremum hoc vocabulum additum à Latino interprete: cuius tamen autoritas authentica est Bellarmino: ut omnino possim aduersus eum vrgere, si summo iure agam: Ut hoc tamen nullum faciam: certe illud Thomæ, Dominus meus, & Deus meus, cur haber pronomen: & non simpliciter Dominus, & Deus? Aut quis nescit hac phrasim solere fideles testari, suam confidentiam de Dei in eos bona voluntate? Quis non illud legit ad Abrahamum, Ego Deus tuus? Guillaudus, Vehementissimam emphasis confessionis Thoma insinuat vox illa, Meus. Qui enim ex animo, quemadmodum Thomas, confiteretur Deum suum, omnia sua abnegat: & quæ Dei sunt possidet: nam in Christo est, quem via fide induit, & Christus in eo: ut ipse supra monuit: Qui credit in me, in me manet, & ego in eo.

VII. De Actis Apostolorum & Epistola ad Romanos quid dicam? aut ubi fuisse diuinum animum Sophista cum legeret? Enimvero, quid ista sonant, si peculiarem nullam misericordiam? Secundo, Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus Sancti: Vobis enim facta est promissio, & liberis vestris, & omnibus qui longe sunt, quo cumque videlicet aduocauerit Dominus Deus noster. Decimo, Huic, Prophetæ testimonium dant, remissionem peccatorum accepturum per nomen eius quemvis qui crediderit in eum. Decimo tertio, Nostum sit vobis, fratres, annunciarvi vobis remissionem peccatorum per istum: & ab omnibus, à quibus per legem Mois absoluī non potuistis, per hunc quemvis qui credit, absolvit.

VIII. Sed secundum Bellarmino argumentum est, Fidem esse iustificantem, quamvis non respiciat misericordiam speciale: & rursus: Non esse fidem iustificantem, si eam misericordiam forte respiciat. Prima illi probatio, quia Marc. 1. Leproso dicens, Domine, si vis, potes me mundare: Dominus ait, Volo, mundare. De voluntate Dei erga se, Leprosum notauit incertum fuisse, quia dixerit, Si vis. Et tamen obtinuisse, quod peteret: unde conficit, fidem talem fuisse, quem dominus exigeret.

IX. Respondeo peccati: Primo, quia supponitur esse fides iustificans, non probatur. Nam, quod Leprosus obtinuerit, quod veller: non ex eo illud conficitur. Agitur enim de beneficio temporali: cuiusmodi beneficia largitur Deus, etiam non fidelibus: quomodo olim Israelitis, etiam murmurantibus, carnes in deserto concesserat: & Pharaoni, liberationem à variis plagiis: & multa similia. Secundo, etsi concederemus fidem fuisse iustificantem, tamen inutile est argumentum: quia agereretur de beneficio temporali. Non est autem fides iustificans certa de hoc illo beneficio sibi à Deo conferendo: ratio manifesta: quia nullam habet promissionem præcedentem. Sic decumbens in lecto fidelis postular restitucionem sanitatis: non ita tamen, ut certum habeat se resurrectum à morte. Sic Paulus postulauit liberari ab Angelo Satanæ: nec tamen id habuit pro indubito, qui nihilominus firmissime credidit, & nullatenus dubitauit, se non posse separari à charitate Dei.

X. Altera Bellarmini probatio. Luca 18. Phariseus confidebat se esse iustum, & ideo orans dicebat, Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut ceteri homines. At contra Publicanus, non audebat oculos ad oculum levare: sed a longe stans, & peccatum percussus orabat, Deus propitiatus esto mihi peccatori. Et tamen descendit hic iustificatus, præillo. Ergo, inquit, Phariseus habuit fidem specialis benevolentiae: & tamen repulsam passus: publicanus cœravit fiducia illa; & iustificatus est.

XI. Respondeo, virumque egregie falsum esse; & Phariseum habuisse fidem specialis benevolentiae: & publicanum non habuisse. Nam ut deusto, prius agam, quid habuit Bellarminus, unde ita concluderet?

An quia cum tremore actimore, ad Deum accesserit? Quasi vero fides impudentiam significet. Imo, quasi excluderet sensum peccatorum. At illa includit potius: itaque serio deicit fideles, ut nihil sit eis timidius, cum se ipsos attendunt. Sed qui sibi diffidunt, idem Dei misericordiae confidunt. Bernardus in Cantic. homil. 36. *Ego quādū in me respicio, in amaritudine moratur oculus meus: si autem suppexero & levanter oculos ad diuinā miserationis auxilium, temperabit mox amarā visionem mei, visio latae Dei.* Et vere sic publicanus, sese peccatorem considerans. Itaque non potest concludi caruisse peculiari illo sensu misericordiae dīuine.

XII. Sed Pharisaeus habuit eam fidem. Magnum mendacium. Bernardus in Annunciatione Mariæ, serm. 1. *Gloria nostra hæc est, ait Apostolus, testimonium conscientia nostræ: non quidem tale testimonium, quals illæ superbus Pharisaeus habebat, seducta & seductrice cogitatione testimonium perhibens de seipso, & testimonium eius verum non erat: sed cum Spiritus ipse perhibet testimonium spiritui nostro.* Non ergo, inquam, fidem habuit: eti credidit: sibi certe credidit: non Deo, vnde & inflatus est temeraria suorum meritorum præsumptione, cuiusmodi omnes esse necesse est, qui se putant satisfacere legi Dei, quique supererogatoria iactant opera.

XIII. Imo, dici non potest, inquit Bellarmine, Pharisæum habuisse fidem benevolentiae, ob propria merita, quasi iustitiam suam ex se habere se crederet. Nam agebat gratias Deo de sua iustitia, proinde à Deo eam se habere credebat.

XIV. Sed contra Maldonatus, *Stetisse in templo Pharisæus ille dicitur, quasi superbe, & arroganter de propria iustitia cum Deo differens, quasi Deum non timens, quasi ad certamen, & iudicium quodammodo provocans.* Fatoe tamē egisse gratias Deo, fortasse etiam agnouisse se iustitiam suam non habere ex se ipso, quod tamen non est necesse; vt apparuit olim in Pelagianis: sed tamen, quid rūm? Nam fides nulla potest esse in refalsa. Iste igitur, eti gratias ageret Deo, tamen cum falso putauit se esse operibus iustum, non potuit habere fidem, nedum fidem iustificatam.

XV. Argumento Bellermiano simile argumentum est Becani. Quando Scriptura loquitur de fide iustificante, non loquitur de illo actu, quo quis certo credit remissa sibi esse peccata, sed de alio aliquo actu. Ergo ille actus, non est actus iustificans. Antecedens probatur. Ad Hebreos 11. *Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim ostent accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerat oritur.* Ad Rom. 10. *Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitauit illum à mortuis, saluus eris.*

XVI. Respondeo, primo, quod concludit illum actum non esse iustificantem, perperam fieri, neque haberi ex vllis nostrorum disputationibus. Nunc enim confidentiam necesse est oriri a sensu iustificationis, id est, vt ante docebamus, à testimonio Spiritus, quo obsignatur in cordibus credentium remissio peccatorum: itaque posteriorem esse ratione, ipsa remissione, ideoque non esse actum iustificantem! & vero longe aliud est, fidelem certum esse sibi remissa esse peccata; aliud propterea ei remitti peccata, quod certus sit. Monstra hæc sunt: nec nisi a mera *ostentatio*: qua perpetuo laborant *sophistæ*.

XVII. Calumnias mittamus: reminisciamus. Non loqui Scripturam de illo actu, quo quis credit sibi remissa esse peccata, vehementer est falsum: vt iam ostensum. Ad locos autem citatos, quod attiner, primo idem respondeo, si istis non nominaretur, alii nullis contineri. Secundo, his ipsis contineri. Nam illud, *Deum esse remuneratorem inquirentibus se, non posse alio referri: & significare, quemque inquirentem Deum pro certo habere debere, sibi futurum Deum remuneratorem.*

XVIII. Simile est eiusdem Bellermi argumentum à traditione Ecclesiæ negatiue. In Symbolo Apostolorum, inquit, non traditur hac fiducia; non in aliis vllis: non in eorum explicationibus, qua habentur apud Patres: non his illis velocis, quos annotat. Ergo, ea nulla est.

XIX. Consequentiam non est opus redintegrato labore exigitare: id est, actum agere: & quod vel pueri siphisma rident, traducere. Antecedens ergo explicandum potius. Itaque dico esse falsum. Nam vere in Symbolo contineti hanc speciem fiduciam: & significari hoc articulo, *Credo remissionem peccatorum.* Item, *Credo vitam æternam.*

X. Instat contra Sophista. In primis, si fides iustificans recte definita esset fiducia misericordiae propter Christum, deberet saltem magna pars Symboli, si non totum, cum hac definitione congruere. At contra, ex articulis duodecim, vius est tantum, qui, vt cunque ad fiduciam misericordiae accommodari queat: nam reliqui neque de misericordia docent, neque ad fiduciam vlla ratione, led ad solam credulitatem pertinent.

XI. Respondeo, negari assumptum: & omnes omnino articulos symboli congruere cum illa fiducia misericordiae: imo non tantum congruere, sed etiam referri ad eam, quatenus quidem iubentur credi. Vniuersa enim Dei cognitione manifestata in Scripturis est salutaris credentibus. Itaque eius articuli sincero corde crediti, & salutis causa sunt, & huius etiam salutis sensus, de quo disputamus. Diserte Ioannes 20. claudens Euangelium, *Hæc scripta sunt, vt credatis Iesum esse Christum Filium Dei: & vt credentes vitæ habeatis per nomen eius.* Quicquid ergo de Christo est in Symbolo, hunc habet finem. Quid? quod etiam Dei omnipotenti huic rei proficit? Est enim Euangelium, *Dei potentia ad salutem tuam.* ad Rom. Augustinus in Psalm. 148. *Putamus, erimus nos sic? Eia suspiramus: de suspirio gemamus.* Et quid sumus? & ubi sumus? Mortales, proiecti, abiecti, terra, & ceteris. Sed qui promisisti, omnipotens es. Si ad nos attendamus, quid sumus? Si ad illum, Deus est, omnipotens est. Non est facturus Angelum ex homine, qui facit hominem ex nihilo? aut vero pro m' nimo habet Deus hominem, prop. er quem mortuus voluit unicū suum? Attendamus ad iudicium dilectionis, & prius sionis Dei. Tales arras acceptimus. Tenemus mortem Christi tenemus sanguinem Christi. Et post paulo, *Quid tibi promisit Deus, homo mortalis?* Quia vivitur es in eternum. Non credis? Crede: Crede. Plus est iam quod fecit, quam quod promisit. Quid fecit? Mortuus est pro te. Quid promisit? Ut viuas cum illo. Incredibilis est, quod mortuus est eternus, quam ut in eternum vivat mortalis. Iam quod incredibilis est, tenemur. Et post, Sed quomodo mortuus est Deus? Et unde mortuus

est Deus? Et potest mori Deus? Accepit ex te, unde moreretur pro te. Non possit mori, nisi caro: non possit mori nisi mortale corpus. Induit se, ubi moreretur pro te: induit te, ubi cum illo viuas. Vbi se induit morte? In virginitatem maritæ. Vbi te induit vita? In aequalitate Patris. Post, *Quiddam vestrum, iam sursum est, quod hic accepit, ubi mortuus est, ubi crucifixus est.* Iam quadam primitia tua processerunt, & dubitas, quia sequiturur es? Audistin? aut quid tibi iam videtur? Vidisti, vt bonus ille pater ad hunc salutis sensum, ad hunc, inquam, peculiarem sensum salutis propriæ, referat. Et Dei omnipotens: & creationem: & incarnationem: & crucem: & ascensionem in celos: & quid non? Et hæc cum illa fiducia misericordiae diuina congrue negantem sustinet Jesuitæ Christianitas?

XII. Sed inquit, articulus de Remissione peccatorum, non docet speciale, & absolutam benevolentiam: sed benevolentiam generalem, & quæ suis conditionibns non caret: cum ex baptismo perceptione dependeat. Hoc vero, quidnam est, inquam? Nam illud absolutæ benevolentiae nomen, ego nondū audiueram, audiueram, inquam, speciale: sed certe absolutam nō audiueram: nec quid sit, bene capio: ne illud quidem: quæ suis conditionibus non caret. Ille viderit, qui nominavit: ego non remere fidam Jesuitæ, cui mille nocendi artes. Nos scio, nullam Dei & benevolentiam agnoscerem, suis carentem conditionibus: Sed Papistas conditions non agnoscerem pro conditionibus benevolentiae diuinae.

XIII. Verutamen, inquit, sensus huius articuli, non est, credo, aut confido mihi remissa esse peccata: sed, Credo & confiteor in Ecclesia Catholica esse donum remissionis peccatorum, caussam quæro. Ille promisit. Nam quod in Symbolo Apostolico habetur, *Credo remissionem peccatorum:* in Constantinopolitano explicatur, *Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.* Quocirca Catechumeni etiam ante baptismum totum Symbolum recitant; & credunt; & tamen nondū habent remissionem peccatorum: sed eam per lauacrum regenerationis expectant.

XIV. Sed contra: sensus, inquam, huius articuli est, vt sibi quisque fidelis pollicetur eam ipsam remissionem peccatorum. Quomodo, cum dicis, *Credo resurrectionem mortuorum, tam certus fit, non tantum propositam esse aliquam spem resurrectionis: sed sibi propositam, atque adeo: se: se, inquam, ipsum resurrectum.*

XV. Sed sensus est, inquit, in Catholica esse donum remissionis peccatorum. Omnino, inquam: sed aliud donum nullum est in Ecclesia Catholica: si nullus eo frueretur, si inquam, nulli applicaretur. Nec vlli applicaretur, si nulli fidelis. Itaque quandoquidem absurdum est nulli applicari, quia absurdum est nullum esse, omnino necesse est fidelibus applicari? Quæ ergo hæc dementia est, fateri esse in Ecclesia remissionem peccatorum, & tamen nulli velle hanc applicari? Ego non possum tantum *annexiorias* non mirari, non etiam detestari.

XVI. Concedo idem dici in Symbolo Constantinopolitano. Sed quæ rursus hæc peruersitas est, agnoscerem baptismum esse in remissionem peccatorum, & baptismum singulis dari, id est, singulis applicari: & tamen dicere, remissionem illam, quæ datur in baptismo, nemini dari, nemini applicari? Consuleritis optime vestre causa, Jesuitæ: si baptismum nulli conferretis: sed, quomodo vestram hostiam, magnifice ostentatam, soli deglubitis: sic baptismum nemini conferretis: sed theatrica tantum gestulatione, omnium oculis videndum exponeretis. Tum enim posset esse vnum baptismum, in remissionem peccatorum, nemini concessum, nemini datum, nemini applicatum. Sed Ecclesia legit dictum Paulo, Act. 22. *Exsurge, & baptizare, & ablue peccata tua.* Itaque illud Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Christi, in remissionem peccatorum,* ita interpretatur, vt significet singulorum ablui peccata.

XVII. Catechumenis an sint etiam ante Baptismum remissa peccata, nunc non dispuro: cum id alias tuturum sit commodius. Sed Bellarmine interrogat, an censeat saitem baptismatis remissa esse peccata: & posse singulos dicere, remissa sibi esse. Nam si negerit, quid est quo agnoscat. Baptima in remissionem peccatorum? aut, cur dicat hanc eos expectare per lauacrum regenerationis? Sin concedat, quid est cur dicat hæc verba non significare, credo mihi esse remissa peccata: sed tantum, credo in Ecclesia donum esse remissionis peccatorum? Nam si eis sunt remissa: tum id donum, non tantum est in Ecclesia: sed in ipsis, in ipsorum, inquam, unoquoque. Quæ nostra est applicatio. Itaque in Symbolo manifesta hæc applicatio est.

C A P. V.

Ratio Papistarum prima à Reuelatione.

I. Ergo ad reliqua Papistarum argumenta: nam de iis quæ ab autoritate dicuntur negatiue, non debent plura dici. Prima ergo ratio: Nihil fidei iustificante credendum est: nisi quod Deus reuelauit. Sed Deus non reuelauit huic aut illi, quod peccata sint ipsi remissa: ac proinde iustus sit. Ergo nemo potest hoc credere fidei iustificante. Verba sunt Becani, Bellarmine pro reuelatione substituit Verbum Dei: & id videtur de Scriptura intelligere. Eides, inquit, in nihil aliud collimare debet, nisi in Verbum Dei. At in Verbo Dei nusquam reperitur annuntiata salus, vel remissio peccatorum, mihi, aut illi particulari; exceptis quibusdam paucis. Quæ verba si reuelationem non restringant ad Scripturas; ego me nihil videre fateor.

II. Respondeo, omnis particularia contineri in vniuersalibus. Itaque, si vniuersalia sint reuelata: necessario reuelata esse particularia. Exempli gratia. Reuelatum est in Scripturis, pyros, & pomos, & querens esse creatas a Deo: eti nusquam Scriptura nominatim dicit, Deum creasse pyros & pomos. Sed quia dixit vniuersaliter, Genes. 1. creatum esse omne lignum pomiferum. Eadem ratio, Léonum, Vrforum, Pardorum, Canum, Equorum. Sic reuelatum est in Scripturis, Europam concessam hominibus habitandam: quia scriptum sit Psalm. 115. *Cœli cœlorum Domino: terram autem dedit filiis hominum.* Sic Papistæ concedunt Eustathianos saltem

tem damnari à Scripturis: quia eti illæ Eustathianorum nomen nusquam habeant: tamen pronunciant, Spiritus, qui prohibeant matrimonium esse deceptores, 1. ad Timoth. 4. Infinita sunt eiusmodi. Imo omnia sunt eiusmodi: & qui contra pugner, hunc necesse sit, & rationis vsum abolere, & omnem rerum veritatem pessum dare: atque adeo mira & audacia, & avaritia, imo dolo laborare.

III. Axiomata vniuersalia ad rem hanc nostram spectantia, est: ne qui neget reuelata? Ipse Bellarminus recitat. Ioann. 3. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Ad Roman. 3. Inscriptio Dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Potuit addere, Ioan. 6. Hoc est voluntas eius qui misit me, ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam: ego vero suscitabo illum ultimo illo die. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam æternam. Et pleraque huiusmodi.

IV. Instant contra solutionem: quam multis nominibus peccare Bellarminus pronuntiat: triplexque peccatum enumerat. Primo: Nusquam dicere Scripturam, Qui credit sibi remissa esse peccata, habet vitam æternam: sed, qui credit in Filium, habet vitam æternam. Neque haberi ex Verbo Dei, credere in Filium, esse credere sibi remissa peccata.

V. Sed primum, illa reciprocatio quorsum? Nobis enim necessaria non est: quibus hoc sufficit. Quisquis credit in Christum, habet vitam æternam: Ego credo in Christum: ergo ego habeo vitam æternam. Tum autem, Quicunque habet vitam æternam, ei remissa sunt peccata. At ego, habeo vitam æternam: ergo mihi remissa sunt peccata. Hec si consequentia sit necessaria, nihil est, quod ultra laboremus: Plene enim habemus hanc ipsam applicationem, de qua disputamus, & quam nobis, quam omnibus fidelibus Papistæ conantur eripere.

VI. Quid ergo Sophistæ? Negant credere in Christum, esse, credere sibi remissa peccata. At hoc, quo sensu dicunt, quæso? An formaliter? vt sensu sit varios esse articulos, Christum esse Filium Dei, & remitti peccata? Hoc vero nihil ad rem. Sufficit enim vt verum sit, neminem credere in Christum, qui non credat sibi remissa esse peccata. Quomodo, eti diversi sint articuli, credere Christum esse Filium Dei, & credere, Christum esse passum pro peccatis nostris, tamen nemo credit in Christum, qui non credat eundem passum esse pro peccatis nostris.

VII. Negant ne igitur, quod nos ponimus, Neminem credere in Christum, qui non credat sibi remissa esse peccata, se esse iustificatum? At hoc est absurdissimum. Nam, quicunque credit in Christum, hunc necesse est, aut negare se credere in Christum, & peccare contra hypothesis, aut falsitatis arguere illud, Qui credit in me, habet vitam æternam, quod est impium, aut concludere, se igitur habere vitam æternam. Hoc si est, alterutrum necesse est, aut statuere, alicui esse posse vitam æternam absque peccatorum remissione, aut sibi remissa esse peccata. Audiant Augustinum in Psalm. 85. Si Christiani omnes, & fideles baptizati in illo, ipsum induerunt, sicut Apostolus dicit, Quotquot in Christo baptizati esis, Christum induisti, si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse: capiti ipsi faciunt iniuriam, cuius membras sanctas sunt.

VIII. Sed argutatur contra. Idem Ioannes qui scripsit, Qui credit in Filium, habet vitam æternam. scriptum etiam 5. 1. Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et post, Quis est, qui vicit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est Filius Dei? Ergo non habetur in Scripturis, Omnes, qui credit sibi per Christum remitti peccata, iustificari.

IX. Monstrum disputationis: quæ nihil nisi aerem verberet, & id serio exigit, quod non est in questione, id quod in questione est positum prorsus dissimulet. Hoc ille debuit potius ostendere: Nullum ex Deo natum: Nullum credentem Jesum esse Filium Dei; credere sibi esse remissa peccata. Aut hoc saltem; posse cum natum esse ex Deo; posse vincere mundum; qui tamè non credat sibi esse remissa peccata. Alterutrum cum conficerit, tum ille de re disputauerit: sed vicissim, ille Christianitatem peccatum dederit.

X. Alterum peccatum notat Bellarminus: quod ex antecedente conditionato, colligamus conclusionem absolutam. Nam illa, Qui credit in Filium, habet vitam æternam: & omnis qui credit, iustificatur, esse ac si dicatum esset: Si quis credit in Filium, is habet vitam æternam: si quis in Christum credit, iustificatur: explicante Apostolo, ad Rom. 10. Si credidest in corde tuo. Et Philippus Actor. 8. Si credis ex toto corde. Inde autem colligi, Si credo, habeo iustificationem, & vitam æternam: sed non absolute. Ratio: quia absolute conclusio requirit assumptionem absolutam: Ego credo in Filium. At hæc non est certa. Primo, quia non est in Verbo Dei, sed in opinione: quæ fallax esse potest. Hoc probatur. Quia si omnis, qui existimat se credere, re vera crederet, sicut oportet, heretici omnes, quantumvis inter se contrarii, recte crederent, & saluarentur. Secundo, quia non satis sit quocunque modo credere: sed oporteat toto corde credere. At nemo est qui affirmare possit se toto corde credere.

XI. Respondeo, hypothesis proprium hunc vsum esse, vt consequentia necessitas indicetur: led deinde aliquando affirmare, aliquando negare, aliquando dubitare. Itaque vsum iam fieri quadruplicem. Primo enim tantum consequentiam necit. Et hoc sit, cum non deuenitur ad particularia: sed substitutus in vniuersalibus. Exempla sunt. Matthæi 8. Si manus tua, vel pes tuus facit ut tu offendas, excinde ea. Si frater tuus, ito & arguit eum inter te & i sum solum. Si te audierit, lu ratus es fratrem tuum. Posterioris ad Timoth. 2. Si toleramus, etiam cum eo regnabimus: si abnegamus, & ille abnegabit nos.

XII. Secundo, affirmat: nimur quia, posito antecedente, ponitur consequens. Ad Rom. 5. Si cum inimici esses, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis, reconciliati, seruabimur per ut tam ipsius. Ioan. 13. Si go laui pedes vestros, Dominus & Magister, vos quoque debeatis alij aliorum pedes lavare. Et 5. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Actor. 16. Si iudicasti me fidelem esse Domino, ingressi domum meam, manete.

XIII. Tertio negat: nimur quia sublato consequente, tollitur antecedens: Ioan. 8. Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis, Ioan. 18. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri n ei certarent ne traderer. Prioris ad Corinthios, S cognovissent, nequaquam Dominum gloria crucifixissent. Ad Galat. 1. Si auctor hominis placuerit, Christi seruitus non esset.

XIV. Quarto dubitat: videlicet cum posita tantum certitudine consequentia; antecedens est in ambiguo. Itaque non raro utraque pars exprimitur: Actor. 5. Si est ex hominibus consilium, siue opus hoc, dissolvitur: Si ex Deo est, non poteritis dissoluere. Et 25. Si quam iniuriam, ac dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si vero nihil est eorum, quorum iste me accusant, nemo potest me illis condonare.

XV. Hæc cum ita sint, appareat Bellarminiani sophismatis utilitas. Nam quia substituta hypothesis, consequentiam indicat necessariam: si constet de antecedente: ergo hoc posito antecedente; nihil remanet ambigu. At nos ponimus antecedens. Nostra enim thesis est, fideles sibi applicare promissiones salutis. Quorū ergo nunc nobis illud occinit Bellarminus, si crediderit? Quasi vero aliquem ille fidelem viderit, qui non crediderit. Quod si est absurdum: tum profecto, qui fidelem dicit, hoc ipsum ponit, quod Sophistæ reuocant in dubium: vere nugaces.

XVI. Confitemur ergo idem esse, Qui credit in Filium, habet vitam æternam: quod, si quis credit in Filium. Et bene Paulum interpretatum, Si credidest in corde tuo. Sed inde sequi hanc incertitudinis carnicinam, quam inducunt Papistæ, cum volunt neminem sibi applicare promissiones salutares: hoc vero nos constanter negamus. Quia aliud sit vniuersale axiomà, aliud positio hypotheseos. Hoc ipsum poterant agnoscere Sophistæ, nisi nihil vellent cognoscere: ex illo Actor. 18. Nam quum Philippus dixisset: Si credis ex toto corde, li et. Respondit Eunuchus: Credo Filium Dei esse Iesum Christum. Tum quid Philippus? Substitut ne adhuc, tanquam dubius; & sophistice insistens, vrgensque illud, Si credidest? Minime vero: sed quia audit positum antecedens: implevit statim consequentia necessitatem: & baptizauit, quem dixerat licere baptizari, si crederet. Quomodo ergo Philippus conclusit? Si Eunuchus iste credat, baptizandus est: at Eunuchus iste credit: ergo baptizandus est. Sic patiantur nos importunitati Papistæ similiter. Si quis credit, is habet vitam æternam: at singuli fideles credunt. Ergo habent vitam æternam. Aut certe negent fideles credere: id est, meridie sole lucere.

XVII. Breuiter: nos non versamur in vniuersali consideratione, sed descendimus ad hypothesis; quia singulos fideles consideramus. quatenus sunt fideles. Itaque non debuimus dicere, Si Petrus credit, habet vitam æternam: sed debemus, Petrus credit, ergo habet vitam æternam. Itaque habemus necessitatem consequentia, ex vniuersali hypothesis. Certitudinem vero antecedentis ex statu controversia. Itaque conclusio nec ambigua esse potest; vt in quarto vñ: nec negatu, vt in tertio: sed affirmativa, vt in secundo. Itaque illud Bellarmini, de conclusione absoluta ex antecedente hypotheticō, metum est somnium. Quis enim dixit vñquam id in argumentando vitium esse? Aut quis est, qui non ita soleat? Nimur, si sit assumptio absoluta, quomodo hæc nostra est.

XVIII. Cetera sunt facilia. Hæc, inquit, assumptio non est certa. At hoc primo pertinet ad sequentem controversiam. Secundo, est falsum. Quia de vnoquoque verum est aut esse, aut non esse. Ideoque nihil certius esse potest, quam omnem fidelem credere. Nam id si quis neget, implicet contradictionem, peccans contra ipsam subiecti definitionem: quomodo si quis Triangulum neget habere tres angulos, aut diem esse lucidum. Nam quemadmodum Triangulum definitur a tribus angulis; & dies a luce, ita omnino fidelis à fide.

XIX. Sed, inquit, est in opinione. Hoc vero negatur. Est enim in sensu interno, quem generat ille Spiritus, quem qui non habet, non est Christi: De quo Paulus ad Rom. 8. Non accepisti Spiritum sanctum rursum ad metum: sed accepisti Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba patrem. Ad Galat. 4. Emisti Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Id est, Iustiniano Jesuita paraphraste: per quem id est iam assedit iesus, ut ipsum. Deum parentis nomine vere appellare possitis. Caïetanus, Non dicit in quo dicimus quod commune est Christianis omnibus: sed in quo clamamus, magnitudine affectus, quod est proprium vere filiorum. Potest ne esse in opinione; si vere simus filii? Et vere Caïetanus addit, Testimonium hoc non est de possibili, sed de facto: hoc est, non est de hoc scilicet, quod possimus esse filii Dei: sed est de hoc, quod filii Dei sumus. Non est inquit in opinione. Paulus etiam 2. ad Timotheum 1. Scio cui credidimus.

X X. Posit ergo sane opinio esse fallax: sed hic profecto sensus non est. Sensus, inquam, quem Paulus scientiam appellat. Sensus qui interior est: & non à carne, sed à spiritu. Sensus denique, qui non est possibilis, sed facti. Nam si falleretur, non esset facti, sed non facti.

X XI. Sed si omnis, inquit, qui existimat se credere, revera crederet, sicut oportet, heretici omnes recte crederent. Ita est, inquam: consequentia necessitatem agnoscere. Sed tu, Sophista, peruerle & avarugras mutas terminos: cum pro credentibus, pro fidelibus, eos substitutas, qui existimant se credere: de quibus nulla nostra Thesis est: sed de fidelibus. At nemo fidelis existimat se credere: nisi quomodo Paulus 1. ad Corinth. 7. Puto me quoque Spiritum Dei habere. Sed hæc existimatio non est incerta. Quod autem ius, quod fas permittit, si heretici qui non credunt, sea existimant se credere, non bene credant: ideo fideles, qui non existimant se credere, sed credunt, non bene credere, sed falli in suo sensu?

X XII. Concedo, non satis esse quocunque modo credere: sed vi-cissim nego, fideles quoquo modo credere. Credunt enim vere, aut non sunt fideles. Neminem posse affirmare se toto corde credere; cur dixit, qui legit, Actorum octauo, dicenti Philippo, Si credis ex toto corde, licet: respondisse Eunuchum, Credo Eum Dei esse Iesum Christum? Nam hunc profecto opus est dixisse, te credere toto corde: nisi dicamus quadam aequiuocatione mentali illusisse Euangeliste: id est, fuisse Jesuitam. Tum autem, quæ illud ignorat 1. ad Cor. 2. Quis hominum nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo?

X XIII. Sed illud videlicet, Toto corde ambiguum est, vel perfectio-nem significans: vel sinceritatem. Illius fateor neminem esse certum: quia nemo habet. Itius vero certi sunt omnes fideles: quia habent. Nam si non

si non habent, ne quidem sunt fideles. Porro illius perfectionis defectus, non efficit quominus quis vere credit. Marci 9. Credo, Domine: succurre infidelitati mea.

XIV. Sed illa tamen assumptio, inquit, non est in Verbo Dei. Nimirum, quomodo expressit Sanderus, Non dixit Deus, te ad salutem credere. Scilicet velint isti, singulorum fidelium nomina in Scripturis extare: aut nullam esse cuique sui fidei certitudinem. Sed malitiosi sunt importuni. Neque enim quisquam sanus vñquam dixit nihil esse à Deo reuelatum, nisi quod *αιτησει* constet è totidem Scripturæ linearum dubiis. Scriptura enim continet vniuersalia: non continet omnia induida: neque debet.

XV. Non est igitur certa, aiunt. Athoc nos negamus. Quid enim? Nonne ipsi Papistæ concedunt, quibudam fuisse reuelatum, imo posse reuelari? Extra ordinem, inquit. Esto, sed ergo non per Scripturam: inquam: Est-ne ergo incerta? Imo non reuelatio, si incerta. Non igitur omnis reuelatio incerta, quæ non per Scripturam. Sed de certitudine paulo pot disputatione.

C A P. VI.

Alia Bellarminianationes expenduntur.

I. **R**vsus: Fides iustificans præcedere deberet iustificationem. At fides specialis misericordia sequitur iustificationem. Igitur fides specialis misericordia non est fides iustificans. Probatur propositio: quia fides sit causa iustificationis. Probatur assumptio. Primo, quia si præcederet, esset falsa: crederet enim remissa peccata, quæ non essent remissa. Deinde, quia omnis actus pender ab obiecto: non obiectum ab actu. At remissio peccatorum est obiectum huius fidei. Cum hoc argumento, idem argumentum est, quod Bellarminus quarto loco constituit: vbi probat fiduciam, qua quis sibi remissa esse peccata confidit, præxigere iustificationem: quia pendeat à bona conscientia. Itaque breuiator coniunxit.

II. Respondeo: primo sibi ipsi Bellarminum contradicere. Cum enim tota eius disputatio eiusmodi sit, non ut quærat quo ordine sit fides specialis misericordia: sed omnino ut neget vñlam esse: hic tamen concedit esse. Nam si fides specialis misericordia sequitur iustificationem. Ergo sequitur esse talem aliquam fidem. Vnde certa conclusio, iustificatos habere hanc fidem: id est, credere sibi remissa esse peccata. Adeo Sophistæ disputant inconsiderate.

III. Secundo, nego maiorem: & contra verissimum esse dico, fidem iustificantem, si non tempore, saltem ratione sequi iustificationem. Eas ipsas ob causas, per quas Bellarminus assumptionem probat. Nec Papistæ debebant contradicere, qui in baptismō afferant remitti peccata: cum tamen in pueris negent fidem esse. Nam si hoc verum, ergo vel illis non remittuntur peccata: vel illi fides iustificantem nunquam habent: quod, credo, est absurdissimum.

IV. Fidem esse causam iustificationis, nego; tunc enim iustificatio non esset gratuita, sed ex nobis. At est mere gratuia, neque vñlam habet causam præter Dei misericordiam. Itaque dicitur fides iustificare, non quia efficiat iustificationem: sed quia efficitur in iustificato, & requiritur à iustificato, adeo ut nemo, qui quidem fruatur vñrationis, iustificatus sit, nisi qui habeat hanc fidem, neque vñllus habet hanc fidem, qui non sit iustificatus. Breuiter, quia fides imputatur ad iustitiam, ut loquitur Paulus: quia, ut loquitur Augustinus, Epist. 106. *Ipsa est iustitia ex fide, qua credimus nos iustificari, hoc est, iustos fieri gratia Dei.*

V. Esse tamen iustificationis causam fidem probat, quia ad Roman. 5. *Iustificati ex fide: tertio, iustificat circumcisioñem ex fide, & prepuitum per fidem.* At hæc præpositiones, ex, per, causam significant. Deinde Augustinus, de Spiritu & litera, c. 30. hunc ordinem statuit inter actus iustificationis, ut primo loco sit lex, per quam cognitio peccati: secundo fides, impretrans gratiam, contra peccatum: tertio, gratia, quæ iustificat à peccato. Præterea idem Augustinus, Epist. 106. sàpe repetit, per fidem impetrari remissionem peccatorum.

VI. Respondeo, particulas, Ex, per, significare aliquando causam, aliquando modum, sive rationem agendi. De posteriori manifestum. Matth. 15. *Transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram.* Et 27. *Per iniuriam tradiderunt eum.* Actor. 8. *Per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum Sanctum.* Et 14. *Per multas oppressiones nos ingredi in regnum Dei.* Ad Roman. 14. *Malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Tertio, *Ad declarandam iuritiam suam per remissionem precedentium peccatorum.* De priore. Ad Rom. 1. *Reuelatur ex fide in fidem.* Et 14. *Non ex fide comedit.* Quicquid ex fide non est, peccatum est. Ad Gal. 3. *Si ex lege hereditas, non iam ex promissione.* Ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et 5. *Spiritu ex fide spem iustitiae expectamus.* Itaque nego ex fide, sive per fidem, significare causam à qua, aut propter quam iustificetur quis: sed tantum rationem iustificandi, quam dixi: ut nemo iustificetur, cui non deretur fide, nemini detur fides, qui non iustificetur.

VII. In priore loco Augustinus manifeste falsatur. Habet enim in hunc modum, *Neque enim lex impletur, nisi libero arbitrio: sed per legem cognitio peccati: per fidem impetratio gratie contra peccatum: per gratiam sanitatis anima abolitione peccati: per anima sanitatem libertas arbitrii per liberum arbitrium iustitiae dilectionis, per iustitiae dilectionem legis operatio.* Quid opus est interprete? Aut quis non videt agi non de iustificatione, sed de legis impletione: de legis operatione? Atqui, hæc non est iustificatio: aut (ne ludant Sophistæ, ut solent, in iustificationis ambiguo, qua diximus interdum significati eam partem, quam nos cum Apostolo libertus Sanctificationem dicimus) certe operatio legis non est remissio peccatorum. Idem aliis verbis expressit Epist. 106. *Si quis dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur (hoc est obtineat) negare non possumus, imo vero gratissime confitemur.*

VIII. In eadem Epistola, non legi quod Bellarminus profert, perfidem. III.

dem impetrari remissionem peccatorum: quod nec absolute concedi potest: alioquin infantibus nulla remitterentur peccata. Sed legi, *Qui ergo habent fidem, qua impetrant iustificationem, per Dei gratiam peruerunt ad legem iustitiae.* Sed iustificationem appellari hoc loco sanctificationem, manifestum est ex serie. Immediate enim præcedunt illa quæ recitamus, de fide merente gratiam bene operandi.

X. Iterum Bellarminus, *Fides specialis misericordia, tollit è medio, orationem, Sacra menta, opera bona, & quicquid aliud ad salutem nostram Deus instituit.* Non igitur fides iustificans! sed fides iustificationem impediens, & in exitium ac perditionem adducens iure nominari potest. Probat antecedens. Nam si certo atque ex fide crederet debeo, mihi peccata esse remissa per Christum, quomodo possum cum publicano dicere, Deus propius esto mihi peccatori: aut cum Apostolis, & Ecclesia vniuersa, *Dimitte nobis debita nostra, nisi haesitrem in fide, & Deum mendacem efficiam?*

X. Respondeo, negantecedens. Alioquin oportet, neminem vñquam certum fuisse remissorum sibi peccatorum. At concedit Bellarminus, Paralyticus, Peccatri, Adulteræ, Zacchæo: alii etiam Mosi, Virginis Mariae, Paulo, reuelatam fuisse eam peculiarem gratiam: fatentur etiam omnes Papistæ, posse reuelari extra ordinem alii. Respondeant ergo, an legitima sit consequentia. Ergo Paralyticum, Zacchæum, Mosem, Virginem, Paulum de medio sustulisse orationem, Sacra menta, opera bona, & quicquid est ad salutem institutum. *Quod si negent, quid habent, quo tam absurdum fulciant axiomam?* Nempe opus fuerit, refricare veterem illum *ἀποκρίνεσθαι*, eorum, qui posita prædestinatione, negabant homini quicquam agendum. Audiat ergo Bellarminus, neminem tam sancte vti oratione, Sacramentis, operibus bonis, quam qui pro certo habent, sibi remissa esse peccata. Nam & Paulus, qui tam magnifice negavit se posse separari à charitate Dei, tamen 1. ad Corinth. 9. *Contundo corpus n. e. m., & in seruitutem redigo: ne quomodo quum alii predicem, ipse reprobus sim.*

XI. Sed non potest dici, *Dimitte nobis debita nostra, nisi haesitetur in fide.* Hoc vero negatur, nec sane poruit, nisi ab eo dici, si qui penitus ignoret naturam precum Christianarum. Haec enim in certitudine rei nihil mutant: sed testantur affectum precantium omnino pendente à voluntate diuina: atque inde agnoscentem se posse habere, quicquid boni potest optare. Itaque preces sunt, etiam de rebus, quas pro certo habent futuras qui precantur. *Quis enim fidelium dubitat Deum conseruatum Ecclesiam?* Et tamen nemo fidelium non precatur pro conseruacione Ecclesie. Nemo nescit nunquam futurum, ut omnes conuertantur ad fidem: & tamen precatur Ecclesia, pro omnium conuersione. Multa sunt eiusmodi.

XII. Atqui, inquit, nemo precatur Deum, ut Verbum caro fiat in vtero Virginis. Ridicul, inquam. Quasi sit par ratio eorum, quorū actus sit transiens, adeo ut post vnum sint momentum præterita: & eorum, quæ in continuo vsi sunt, & præterito, & præsenti, & futuro. Exempli gratia: Creationis, & conseruationis. Semel creatus est mundus, & uno ut ita dicam momento: sed conseruatione perpetua opus habet. Itaque non precamur pro Creatione: & precamur pro conseruatione: quam tamen in suum tempus scimus esse apud Deum constitutam: ideoque certam. Eadem ratio est remissionis peccatorum, quæ ita facta est, ut non una cum eo momento, quo facta est, euangelizat, ut ne amplius: sed perseveret, ut sit, et si facta sit, tamen & præsens sit, & futura: nimirum in actu continuo. Imo ita ut eius effectus, quæ est salus plena, referetur in futurum: Vnde Petrus, Actor. 3. *Vt delean tur peccata vestra: postquam venerint tempora refrigerationis à conspectu Domini.* Ea causa satis legitima est, ut preventur hædoles pro remissione peccatorum, & non preventur pro incarnatione Verbi. Non enim postulari solent ea quæ semel facta, nunquam sunt amplius: sed solent ea non tantum, quæ simpliciter futura sunt, ita ut nunquam fuerint: sed etiam quæ sic facta sunt, ut tamen fiant in præsenti, & futura sint.

XIII. Postremum Bellarmino argumentum. *Fides iustificans pacem & tranquillitatem animi parit.* Ad Rom. 5. *Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum.* At fides specialis, perturbationem & desperationem mentibus afficit: Probatur assumptum: quia velit Calvinus, non solum credi remissa esse peccata: sed etiam plane cognosci, nos ad numerum prædestinorum certo pertinere, & fidem semel habitam amitti non posse, Institutionis lib. 3. c. 2. At, hæc fides sperari non potest. Quia falli posse eos, quise prædestinatos, aut nunquam lapsuros arbitrantur, tum experientia probat: tum Calvinus docet, eod. loco, *Tot vanitatis recessus sunt, tot mendacij latebris scatet cor humanum: tam fraudulenta hypocrisi obtectum est, ut seipsum sàpe fallat.* At vero, qui talibus fidei simulachris gloriantur, intelligent Diabolis nihil se in hac parte prestare. Ergo, inquit Bellarminus, Omnes formidare debent, ne ipsi sibi imponant: & si formidant, fide iustificante carent.

XIV. Respondeo, vere dictum à fide iustificante nasci pacem, & tranquillitatem. Sed nego hanc peculiarem applicationem misericordie diuinæ, parere perturbationem, aut desperationem. Neque id vñus dixit, nisi qui ignorauit, quænam illa sit applicatio. Sed, hæc fiducia, inquit, supponit nos plane cognoscere, nos pertinere ad numerum prædestinorum. Ita est, inquam, nisi insidiæ lateant in illis verbis, plane cognoscere. Nam fides cognoscit tantum *τὸν ὄντα*, ut alias diximus. Sed non multis moribus. Si plane cognoscere intelligas, rem scire ita se habere, & certam esse, concedo. Hoc enim fides habet vera, nec est vera, si non habet. Paulus ad Rom. 8. *Πέπεισμαι δὲ, persuasus sum: siue ut reddidit Latinus Interpres, Certus sum, neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque Principatus, neque Potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitates, neque profunditates, neque ullam rem aliam creatam, posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

XV. Sed hæc, inquit, fides sperari non potest. Negatur, inquam: Quomodo enim hanc fidei habuit, si omnino sperari non potest? Imo, quomodo eam Paulus docuit? Non enim habuit ipse tanrum, sed etiam alios docuit. Quia non tanquam sibi peculiare priuilegium iactauit, sed communem doctrinam prædicauit. Eodem refer illud ad Rom. 5. *Per quem*

quem etiam fide habuimus hunc aditum in gratiam hanc, per quam stamus, & gloriamur, sub spe gloriae Dei: neque id solum, sed etiam gloriamur in oppressionibus, scientes, quod oppressio patientiam efficiat: patientia vero experientiam experientia autem spem. Porro spes non pudefacit, quod charitas Dei effusa sit in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

XV. Falli posse eos qui se praedestinatos arbitrantur, concedo: non tantum experientia doctus, sed etiam ea ratione, quam a Calvinio Sophista defecpsit. Sed falli eos, qui se praedestinatos credunt, ista fide, qua est a Spiritu Sancto inspirante, constanter nego. Nam ii, quos Calvinus describit, negantur habere hanc fidem: immo, nihil esse dicuntur Diabolus meliores. Vno autem & eodem fasciculo omnes comprehendere, tum qui a Deo signati sunt Spiritu adoptionis, tum qui nihil huius adoptionis habent, praeter externam larvam, non est hominis, cui sanum sit cerebrum.

Atque hactenus argumenta Bellarmini: sed & Pecani, qui ex illo descripsit pene ad verbum.

C A P. VII.

Rationes Sanderi, & Bouerii.

I. Sanderus sua habet sibi propria nonnulla argumenta. Primum ita. *Sed: Si fides de quibusdam rebus est, de quibus non est fiducia: Ergo, fides non recte dicitur fiducia. Probatur consequentia. Quia latius patere debet genus cuiusque rei, quam ipsa es quae definitur. Antecedens probatur, quia fides omnibus articulis assentitur ex aequo: propterea quod Deus in filio magis vera sic in uno quam in altero. At non ex aequo omnibus articulis confidimus. Ergo fides est de quibusdam articulis, de quibus non est fiducia. Probatur assumptum. Quia iis tantum articulis confidimus, qui aliud lati continent. Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata. At non sunt omnes articuli lati: puta comminationes damnationis. Itaque creduntur sine fiducia. Non ergo omnis fides est fiducia. Quomodo ergo, cum ignis aeternis creditur absque fiducia: sic potest credi remissio peccatorum absque fiducia.*

II. Respondeo. Primo nos non omnem fidem definire: sed veram: quomodo antea distinximus vocabuli homonymiam. Hoc posito, nego consequentiam. Quia differt fides ab actibus fidei: ita, et si diversi illi sint: haec tamen est una. Sunt autem diversi illi, propter diuersam rationem articulorum. Quomodo una est obedientia fidelium, qua subiiciuntur legi Dei: et si aliter feratur eadem obedientia in scortationem, & homicidium, quam in charitatem, & laudes Dei. Nimirum, quia illa lex iubet vitari: ista vero affectari. Quomodo ergo eadem obedientia, amor est virtutum, & bene definitur per amorem virtutum, quae tamen odit etiam vitia: sic fides, est fiducia salutis: & optime definitur per fiduciam salutis, quae tamen horret ignem aeternum.

III. Concedimus ergo latius patere genus, quam rem ipsam quae definitur: sed negamus aduersus hanc regulam nostram peccare fidei definitionem. Assentiri fidem omnibus articulis ex aequo: id est, eodem modo, negamus: sed tantum, quod veritatis certitudinem. Nam ceterum eadem fidei cum latitia assentitur latitatem, itaque est fiducia: at cum horrore, utraris. Et si ergo verum sit de quibusdam articulis fidem esse, de quibus non sit fiducia: tamen falsum, ullam fidem esse, quae non sit fiducia. Potest vero etiam remissio peccatorum credi absque fiducia: sed quomodo a Diabolis, qui ad se non pertinere sciunt: a fidelibus autem, non qui putant se credere, sed qui vere credunt; negamus posse.

IV. Sed instat contra solutionem. Necesse est, aut quanlibet fidem esse fiduciam, itemque iustificare, aut nullam ob hoc ipsum, quia fides existat. Probat consequentiam. Quia fidem oporteat definiri, non ab extrinseco, sed a propria natura. At, si vocant fidem fiduciam, non simpliciter, quia fides est, sed quia talis fides: Ergo, ob qualitatem aduentiam, & non intimam eius naturam, fidem constituant fiduciam.

V. Respondeo, supposita, quam diximus, homonymiae distinctione, omnem fidem veram, esse fiduciam, eo ipso, quod inde vera existat, atque hanc esse eius propriam naturam, atque adeo ita propriam, ut absque eo fides vera, id est, non *euāriūas* dicta, nulla sit. Itaque, negamus esse qualitatem aduentiam. Quod autem dicit, nos non fidem, sed tam fidei definire, ludit in vocabulis. Nam, quod non tam fidei dicimus, id est, veram, non simpliciter fidem, id non ad rei distinctionem pertinet, sed ad nominis explicandam homonymiam: quomodo qui fidem Theologicam definiunt, non autem fidem ciuilem, in contractibus: definiunt illi, non fidem, sed tam fidei: & qui hominem definit verum, non pictum; definit, non hominem, sed tam hominem: & tamen utique definit, non ab accidente, sed a propria natura; ille fidei, iste hominem; neque enim quacunque nominis significacionem restringunt, eadem rei ipsius sunt accidentia. Quis hoc potest ignorare?

VI. Secundum argumentum: Spes est donum separatum & distinctum a fide: Ergo, fides non a seipso proprie habet ut confidat, sed potius a domo spei. Probat antecedens. I. ad Corint. 13. *Fides, Spes, Charitas.* Consequentiam autem, quia ad Hebr. 3. fiducia cum spe coniungatur, *Christi domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei, usque ad finem firmam retineamus.* Et alibi pro fiducia, spes dicatur, & contra.

VII. Respondeo: primo, Fidem esse distinctam a Spe: at, non separatam: ita ut sine hac, illa aut sit, aut esse possit, quamdiu quidem in partem aspiramus. Itaque, coniungi in Scripturis. Primae Petri 1. *Vt fides, ac spes vestra, in Deo esset.* Ad Hebr. 11. Fides dicitur, *hypostasis rerum sperrandarum.* Quinetiam proponitur spes, tanquam effectum fidei. Ad Rom. 5. *Fidei habuimus hunc aditum in gratiam hanc per quam stamus, & gloriamur, sub spe gloriae Dei.*

VIII. Secundo, nego consequentiam. Et dico, fidem habere a se

fiduciam: ac spem canderi habere a fide. Testem habemus Scriptoram. Ad Ephes. 3. *In quo habemus libertatem, & aditum cum fiducia, per fidem ipsius.* Difera verba sunt, nec facile detorquenda; aditum cum fiducia, haberi per fidem. Quid? quod fides opponitur timori, & diffidentia? Iacob. 1. *Postulet cum fide, nihil disceptans.* Matth. 8. *Quid timidi es, & exigua fide predisti?* Et 14. *O exigua fide prædite, quid dubitas?* Luke 8. *Vbi est fides vestra?* Denique, pro fiducia usurpatum: Actor. 14. dicitur impotens ille pedibus, oculos intendit in Petrum, & fidem habuisse seruatim. Vnde perspicuum, fiduciam esse fidei propriam, non autem spei: huic tamen communicari illa.

IX. Nec contrarium Sanderus probat. Quid tum enim, si coniunxit Paulus fiduciam, & gloriam spei? Optime: si quis neget ullam esse spei fiduciam. Sed quis inde conficiat, non esse fiduciam a fide? Eadem responsio satisfacit ceteris omnibus locis: in quibus fiducia est pro spe, aut spes pro fiducia.

X. Tertium argumentum: permultos fidem habuisse preclarum, atque adeo iustificantem, qui desuē fidei perfectione nullam habuerint fiduciam. Probat exemplis: Marci 9. *Credo, Domine, adiuva incredulitatem meam.* Hæmorroïsa, Matth. 9., cui Christus fidei testimonium prohibet, tremuit: cur nisi parum de fide sua confidisset? Matth. 8. Centurio, cuius fidei parens nullam Christus inuenisse dicit, tamen se indignum agnoscit, in cuius domum intraret Christus. Certe, quem Deus dignum censet ac facit, indignum dicere homo non debet. Concludit. Hoc igitur fiducia genus nulla fidei Christianæ pars est.

XI. Respondeo, Negari consequentiam. Et concedi neminem, aut esse, aut unquam fuisse fidelium, in hac vita, qui de sua fidei perfectione habuerit fiduciam: aliud tamen esse, sentire imperfectionem fidei: & non confidere in Christo se esse filium Dei. Atqui, ne illi quidem, quibus Papista concedit hoc fuisse revelatum, potuerint non dubitare, & fidem derogare revelationi. Quod si est absurdum, tum non potest hic sensus imperfecta fidei obstat, quominus quis speret, & confidat, sibi factas esse promissiones. Tantum sequitur, hanc fiduciam habere tentationes, quibus umperpetuo luctetur. Aliud vero est, luctari fiduciam cum dubitatione, aliud nullam esse fiduciam.

XII. Neque exempla aliud docent. Confitetur primus incredulitatem tuam. At, cur inde sumit argumentum Sanderus excludendi fiduciam, si fiducia non sit fides? Nam *ansia* non opponitur fiducia, sed fidei: si damus Sandero, fidem non esse fiduciam. Itaque, debuit Sanderus negare, hunc habere fidem: & mentitum esse cum dixit, *Credo. Quod si virumque verum, & credidisse, & incredulitatem habuisse, cur non verum, & incredulitatem laborasse, & fiduciam habuisse?* Tremuit hæmorroïsa: Ergo, nullam habuit fiduciam: Manifeste falso. Nam haec verbum erat confidentia, que pro certo statuerat se sanandum: sc, inquam, sanandum; non indefinite posse sanari nescio quos. Ratio ergo tremoris illi fuit, non illa diffidentia: maxime cum tremuerit, iam compovit, sed consideratio suorum meritorum: quae causa omnibus inest, etiam qui revelatum habent suam salutem. Fuit etiam Centurionis. Nam falso pronuntiat Sanderus, non debere illum appellati indignum, quem Deus dignum facit. Contra enim venissimum, cum dicendum esse indignum, quem Deus dignum facit: neque enim faceret dignum, si non esset indignus.

XIII. Bouerius argumentatur à nominum grammaticatione. Scilicet diuersa esse nomina, Fidei, & fiduciae. Hebraice enim Fidem appellant *תָּהַנְתָּה*, vt Esaie 11. *Erit fides cingulum lumborum eius.* Osea 2. *Desponsabote mihi in fide.* Habac. 2. *Iustus autem in fide sua viuet.* At fiduciam, vel *מִבְטָח*. Græcè etiam fidem, *πίστις*: fiduciam, *παρέποντις*. Tum pro certo ponit, fidem qua in Deum creditur, nunquam in Hebreis exemplaribus Miphach appellari, aut Bittachon, sed semper Emunah. Itaque concludit: Fidem tum nomine, tum re, à fiducia differre.

XIV. Respondeo primo, de Hebreo Emunah, infeliciter Sophistam nugari. Nam, hoc verbi non est proprium ei fidei, de qua nunc disputatio est, & quam utique consentimus esse *τοποῦ* rerum sperandorum. Facio manifestum ex ipso loco Esaie laudato, in quo fides nuncupatur, non nostra, sed ipsius Messiae Iesu Christi. Illa enim verba sunt in eo contextu, in quo Prophetia est de Virga egressura ex semine Jesse. Atqui horrent Papista de Christo dici fidem: & sane verum est non posse eadem notione. Hoc igitur volo, nomen *תָּהַנְתָּה* non esse speciale significanda fidei, qua fideles in Deum credunt: sed latius patere.

XV. Secundo dico, ne nos quidem asserere fidei & fiduciae nomina esse *ἰδεῖσιν*. Quis enim nescit fiduciam plerumq; esse absq; fidei; & in rebus etiam seculi? Sed negamus sequi, si nomina sunt diuersa: ideo veram fidem, non esse fiduciam. Nam & scientiae, intellectusque, & fidei nomina, quis neget aliterque aliter definiri? Nam intellectus profecto latius patet: iremque scientia. Et tamen fidem esse intellectum etiam Papista concedunt: nos etiam scientiam assertimus.

XVI. Quod negat fidem inquam appellari Mibtach: somniculo se profecto legit Scripturas. Evidenter confidenter dico, per id ipsum, & per *ἰδεῖσιν* vocabula frequenter indicari hanc ipsam vim fidei, quam nunc fiduciam dicimus. Psalm. 24. *Deus meus in te confido,* בְּךָ תָּהַנְתָּה non erubescam. Psalm. 125. *Qui confidunt in Domino, sicut montes Sion, qui non commoventur, sed in seculum permanet,* Eliae 12. *Ecce Deus salus mea, confidam & non pauebo.* Ierem. 17. *Beatus vir, qui בְּכֶתֶב confidit in Domino:* כְּאֵלֹהֶשׁ fiducia eius. Haec & similia nulla poteris sophistice efficere, vt non significant vim illam fidei, quae efficit non tantum ut credamus esse Deum in genere salutem aliquorum nescio quorum, si in eum sperent: sed etiam nostrum ipsorum qui in ipsum credimus. Itaque Esaias diserte, *Deus salus mea:* non salus *ἀπόγειας*, sed *ἰδεῖσιν*, salus mea: quod profecto ad fidem pertinet, de qua nunc quæstio est.

XVII. Alterum Bouerii argumentum: Qui fidem ad fiduciam transferunt, neque aliam fidem præter hanc fiduciam esse volunt, iidem omnem fidem exsulare cogunt, neque esse ad regnum cœlestis necessarium ducunt.

ducunt. Hoc probat: quia fiducia virtus sit sub spe constituta, qua spes
roboratur.

XVIII. Sed hoc quis sperasset quenquam somniaturum? quam haec tam ~~ad~~ conferruminaturum? Itane? fidem non esse necessariam ad regnum cœlorum, si sine fiducia nulla sit vera fides? Det veniam, quantumcunque est in orbe Franciscanorum cucullorum: Non credimus. Imo contra, eo magis necessariam dicimus. Pertinet ad spem fiducia. Ita esto, inquam. An vero fidei & spei nihil commune est? Nobis contra probatum.

C A P. VIII.

De subsistentia rerum sperandarum.

I. **H**A Cenüs de applicatione. Nunc de eius applicationis certitudine: Hetsi non potuerint hæc capita tam diligenter distingui: ut non in illo quædam fuerint, quæ ad istud pertineant. Esse igitur certam, nec fallacem hanc promissionum diuinarum peculiarem applicationem, quæ est à vera fide, docendum nobis est deinceps.

II. Esto igitur hoc nostrum argumentum primū ex céléberrimo illo loco ad Hebræos ii. Fides est ἡ πίστις οὐδέποτε τὸν εαυτόν, πραγμάτων ἀληγορίᾳ βλέποντας: Fides est sperandorum hypostasis: rerum demonstratio non apparentium. Βασις; οὐ πίστις, inquit Chrysostomus. Et sane mira vis verborum: nec facile eludenda. Non potuit enim magis extollī fides: immo fiduci certitudo: h̄ recip̄a, inquam, certitudo, de qua contendimus. Itaque diligentius considerandus locus est: & vindicandus à Bellarmino, Sande-
rique sophismatis.

III. Sanderus utramque partem examinat: & prius illam, quæ habet Elenchum futurarum. Perspicuum est, inquit, hanc fidem, quæ non apparentium certa probatio & cuiuslibet est, non esse fiduciam. Ratio. Per hanc enim fidem infinitas res absqueulla earundem fiducia credimus: puta omnia quæ ab initio mundi ad hanc usque diem in Ecclesia Dei gesta sunt. Causa est. Quia fiducia est rerum mearum, non alienarum: futurarum, non præteritarum: bonarum, non malarum. At si les, teste Augustino, Enchiridii cap. 8. & malarum est rerum, & bonarum: & præteritarum, & proficiunt, & futurarum: & suarum & alienarum.

IV. Respondeo, nos in definienda fide non dicere simpliciter esse fiduciam, multo minus omnium rerum fiduciam: sed determinate fiduciam proprie salutis. Caluinus §. 7. 2. c.lib. 3. Instit. *Esse diuina erga nos benevolentia firmam certamque cognitionem.* Quo illud etiam Lutheri referendum à Bellarmino descriptum, *Fides est certa altissimeque animo insidens diuin & bonitatis, & gratia per verbum Dei cognita, atque manifestata fiducia.* Et Centuriatorum, *Fides est fiducia misericordia propter Christum.* Nec alter alii. Itaque Sanderus vagatur extra oleas, cum impugnat fidem esse fiduciam omnium rerum, quæ creduntur; id quod nemo nostrum asserit.

V. Porro non sequitur, si non sit omnium rerum fiducia, ne propriæ quidem salutis esse, siue misericordiæ, siue remissionis peccatorum. Quia ratio est diuersa: vt ante dixi: & cum multa fides apprehendat, tum singula secundum propriam naturam. In genere quidem omnia per certitudinem assensus: sed deinde alia alio motu voluntatis: mala ut horre, bona ut amet: & sic salutem, ut damnationem fugiat: sua, ut sibi appliceret aliena, ut aliis permittat. Itaque non sequitur, si fides sit cum horrore gehennæ, non esse cum fiducia salutis: imo disertius; si fides sit horror gehennæ, non esse fiduciam salutis.

V. Sed, inquiet, saltem fides in vniuersum non est fiducia: quando-
quidem de quibusdam non confidat. Imo, inquam, fides vera & iustifi-
cans, in vniuersum est fiducia: qui semper confidat de salute sua. Res est
fatis manifesta. Nam homo definitur animal rationale, & ideo semper est
rationalis: etiam si multa habeat non rationalia: nimurum, quæcunque
sunt animalis. Nam in definiendo, differentia non aufert communia, sed
communibus addit propria. Ita omnino fides iustificans habet commune
quicquid est à nudo actu intellectus: sed differentiam sumit à voluntate.
Itaque, et si non omnibus confidat, quæ intelligit: tamen iis confidit, quæ
habet pro obiecto proprio & peculiari; nimurum, quæcunque ad salutem
conferunt: ad quam referuntur reliqua omnia, quæ intellectu solo conci-
piuntur: quomodo Ioannes dixit, cap. 20. *Hæc scripta sunt, ut creditis Iesum esse Christum Filium Dei: & ut credentes, vitam eternam habeatis.*

VII. Porro, non est in his verbis nullum ad rem nostram momentum. Nam primo, ἡ πίστις certitudinem adsignificat: Est enim, inquit Chrysostomus, ἵππος λίαν δύλων, dorebris est valde manifestis: ή πίστις εἴ τις οὐδὲν δύλων, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ ὄρωμάριος Φίρεται ηγετός Φορέων τε μηδένωμάριος. Fides igitur est conspectus eorum quae non sunt manifesta: Et, quae non videntur, deducit in tantam certitudinem, quanta est eorum quae videntur. Υπερβολὴ τοῖς ὄρωμάριος ἀπεκρίνεται τὸ παλαιὸν μηδὲν ὄρωμάριον οὐ φίρεται τοῦ ηγετοῦ Φορέων την πίστιν εἰς δύλωται. Neque igitur iis quae vi tentur licet fidem denerare: neque item, si quis eorum quae non conficiuntur, non sit plenius persuasus ea fides esse potest.

VIII. Atqui, inquam, cuiusque salus, & remissio peccatorum, & inter ea est, quæ non videntur, & fidei proponitur: quia in verbo Fidei annunciatur. Promissiones, inquam, salutis, non tantum in genere propounderunt, sed etiam docentur applicari, & quisquam eas neget ad fidem pertinere? & quisquam neget esse fidem earum *ἰαίγχος*? Brevis conclusio. Fides est non apparentium *ἴαίγχος*, id est, tam certa certitudo, quam ipse aspectus rerum quæ videntur. At, remissio peccatorum in iis est, quæ non videntur, & tamen proponuntur fidei: Ergo fides est *ἴαίγχος* remissionis peccatorum.

I X. Sequitur pars altera efficacior *τέλεσθε την ζωήν*: & maiori conatu ab aduersariis impedita: à nobis itaque, diligenter vindicanda. Hoc primum est manifestum, & absque vilo ambiguo, fidem dici esse rerum sperandatum: quod eti⁹ sicc⁹ pede aduersarii p̄tererent, nostrum tamen est vrgere. Tria inde conficimus. Vnum, fidem ergo non esse tam⁹ intellectus, sed etiam voluntatis. Nam spes est in voluntate: nulla

enim potest esse absque desiderio. Secundum, esse igitur etiam peculiare applicationem: nam, spes non concipit res vago quodamphantasmate neque enim tantum non speramus præterita: sed ne futura quidem, quanihil ad nos. Imo, non tantum non speramus, quæ omnino nescimus esse: sed ne ea quidem, quæ et si sciamus esse, tamen nescimus nobis obuentura, vt Lucæ 12. *Veniet Dominus illius in die, quæ non sperat.* Tertium, et si multa complectatur fides, quæ non speret: tamen optime ab Apostolo definitam est hypostasis rerum sperandarum: nimirum, quia hæc sit eius quasi specifica differentia.

X. Bellarminus eos refutat, qui ~~carissim~~ verrunt expectationem: qui buscum ille sane transfigito, ut volet. Ego quidem, et si sciam hoc sensu alibi usurpari id vocabuli: tamen existimo nimium delumbari hunc locum, si nihil nisi expectationem intelligas: cui fateor nihil maioris certitudinis esse: neque enim qui exspectat, propterea certus est id euenturum quod exspectat: & non verbo, quæcumque sperantur, eadem exspectantur: sive certa sint, sive incerta. Illo exspectantur etiam aduersa. Quare non placet tam eneruis significatio.

XI. Aliter longe Veteres, & fortius Chrysostomus, in eis quod non est in aliis
auctoribus tam eius dictum, & minus uterque autem auctor, quaevis est, manifesto est & manifestissimum,
autem autem in istis scriptis auctoribus. sicut in auctoribus & auctoribus & auctoribus, & in
auctoribus & in auctoribus & auctoribus. Quandoquidem qua in spe sunt, videntur non habere subsistentiam, fides eis
subsistentiam largitur: ita ipsa est eorum essentia: exempli gratia: resurrectio
nondum aduenit, neque est in subsistencia: verum spe facit eam subsistere in
anima nostra. Atque hoc est subsistere in subsistence. Ab eadem mente Occu-
menius, Autem in episcopatu non est nisi, & si fides, missis in autem non subsistat nisi
spiritus & id est spiritus per agnoscatur, & ita in aliis scriptis auctoribus istis
autem non per seipsum, non missis spiritu, nisi autem spiritu nisi non subsistat. enim autem
non per seipsum spiritus nisi non subsistat, & sic per seipsum non erit. Deinceps,
explicat quid sit fides: Et fides, inquit, est ipsa subsistentia & essentia speran-
darum rerum: cum enim qua in spe sunt, subsistentiam non habeant, ut
qua nondum adsint; fides sit eorum quadam essentia & subsistentia: efficiens
quodammodo ut sint & adsint, per id ipsum, quod ea credat esse. Primus
similiter: & puto, ab illis, Fides est ea credere, que non videntur: & dum
ea creditimus in veritate, aut fuisse, aut esse, aut futura esse, que non vidimus:
ipsa fides facit ea subsistere in corde nostro, quasi oculis corporeis. In rebus autem,
que videntur, neque credulitas dici potest, neque incredulitas: sed potius
agnitio dicenda est. At vero fides est ita animum firmum esse de his, que non
videntur, sicut de his que iam videntur: Et dum hoc sit, fides facit ea subsistere
in nobis, credendo.

XII. Hanc eandem vim breuiter, sed feliciter expressit Ambrosius, in de Obitu Theodosii, *Nec mirum si auget etatem fides, cum repræsentet futura. Quid enim est fides, nisi rerum earum quæ sperantur substantia?* Aptum verbum, repræsentare: quo proprio significatur id quod præsens, vel quasi præsens sifstur. Vnde Terrullianus, repræsentancam potestatem Imperatorum opponit Diu cap. 28. Apologet. & in de Corona militis, repræsentationem opponit visioni, *Si tales imagines in visione, quales veritates in representatione?* Glossæ etiam, *Repræsentare dæmones non, dæmonias.* Ambroso igitur idem est repræsentare futura, quod Chrysolomus

XIII. Mira vis certitudinis. Nam cum certitudinis sint gradus variis: tum iste summus, qui est in ipsa praesentia. Nam inde Chrysostomus, ~~sicut etiam iacebat~~ dicit: *amnis non nisi*. Huic praesentia æquatur hæc fidei certitudo: non potest ergo esse maior. Adde, quod antecuicimus: hanc certitudinem esse cum applicatione: & quid supererit, vt concludamus hanc ipsam applicationem esse certissimam? *Quanquam eam applicationem res ipsa docet, ne longius petere sit necesse.* Nam repræsentari ista non possunt, nisi in singulis: quia, quæ sperantur, non eiusmodi sunt ut per se subsistant: sed in aliis. Clarius: *Resurrectio utrūque pro exemplo nominem* nulla futura est, nisi in iis singulis, qui resurgent. Si ergo per fidem repræsentetur: necesse est repræsentati tanquam in singulis: *nimirum*, videat Paulus, non tantum indefinite chimæram aliquam resurrectionis: sed definite resurrectionem Petri, & Ioannis; & aliorum.

XIV. Quis autem non miretur immanem peruersitatem, si quis dicat in aliis, non in se ipso Paulum sibi representare Resurrectionem? Et ob hanc rem Syrus interpres ita vertit haec Pauli verba, ut simul nostram hanc applicationem complexus sit, & quidem *ιεραποντα της*. *Fides est perfidio de his quae sunt in spe, ac si ipsa essent illis in effectu.* Vim vide ταῦτα *ιεραποντα της*, in his, ac si essent in effectu. Sed applicationis, cum dictum est, ac si essent illis. Quo puto etiam pertinere illud Primasii, *Facit illa subsistere in corde nostro.* Et Chrysostomi, *ὑφίσκειν εἰ τῇ ημέτερᾳ ψυχῇ.* Haec necessatio huic redeunt omnia, ut perfidem quique credat, non tantum esse aliquam remissionem peccatorum, sed etiam sibi esse: neque hoc tantum, sed etiam sibi esse certam. Alioquin non foret haec fides, fides, inquam, haec Theologica: fides, qua distinguuntur vere fideles ab infidelibus & hypocritis: fides denique *ιεραποντα ταῦτα ἵππος πάντας*: sed aliud aliquid genus fidei, infirmæ, languidae, vanæ, fluxæ: quæ nihil ad nos.

XV. Numirum ergo Bellarminus dilutior est, *Nihil aliud est*, inquit, fidem esse substantiam rerum sperandarum, nisi quis sperantur, quoniam futura sunt, non habere ullam subsistentiam, vel fundamentum, nisi in intellectu perfidem. Quid enim haec habent eximiū, aut quod accedit ad immensam illam efficaciam verborum Paulinorum, prae qua excludauit Chrysostomus Babæ, oia ἡπτικη Enimuero illud non habere subsistentiam, nisi in intellectu, promiscuum est, & vniuersale, omnibus quæcumque mens sibi singit ipsa: aut quæ, et si non singat, tamè abstracte considerat, ut quæ Entia rationis appellantur in scholis. Et omnino omnia quæ futura expectantur: quomodo in Leouicii, & Copernici mente subsistebant Eclipses multis post annis futurae. Quid? Tun' igitur vis, Bellarmino, haud aliter esse in mente hominis fidelis, beatam vitam, resurrectionem, remissionem peccatorum, quam, quomodo, aut imagines celestium constellationum, aut Epicyclus Lunæ in mente erant Ptolomæi Egregium vero fidei priuilegium, Egregiam vero causam Chrysostoma exclamandi, Babæ, iia ἡπτικη

DE FIDE.

XVI. Sed non est ergo fides fiducia. Quamobrem vero? Quia representare non est voluntatis, sed intellectus: fiducia autem est in voluntate. Imo, inquam, fiducia, quatenus ad veritatem referuntur, non potest esse in voluntate, nisi ab intellectu: fiducia, inquam, quam spei nemo negat, ne aduersariorum quidem. Itaque, si nulla fiducia est in intellectu: nulla esse potest in voluntate. Confidimus promissis viri boni: nimur, quia primo concepimus in intellectu & promissa viri boni esse firma, & hunc esse vitum bonum: & ea promissa nobis esse. Qui tres actus voluntatis neque sunt, neque esse possunt, sed intellectus: quibus tamen positis assentit voluntas: & inde sit ipes. Itaque, et si fides tantum pertinere ad intellectum, tamen fidei optima, imo necessaria ratione tribueretur fiducia.

XVII. Sanderi acumen videamus. Cum fides sit eorum, quae sperantur, essentia, non sit vero idem essentia rei sperata & fiducia, qua de eadem concipitur: certe quando Paulus dixit fidem rerum sperandarum substantiam, nihil minus dicere voluit, quam fidem esse fiduciam. Fides enim, de qua loquitur Apostolus, rerum sperandarum pars maxima, intima, & plane essentialis, atque adeo ipsa earum essentia est. At fiducia cuiusque rei nulla est illius rei pars: Imo rem, de qua confidit, iam esse ponit. Si tu confidis te resurrectum in nouissimo die, iam prius pro certo habes resurrectionem futuram. Illam porro rerum essentiam, ita explanat. Ponit non posse quenquam confidere hoc tempore, de ea re, quae omnino hoc tempore nulla sit: ponit nos confidere hoc tempore de resurrectione. Itaque resurrectionem esse quodammodo hoc tempore: nimur prius in mente diuina: deinde in mente nostra per fidem: hoc modo fidem, qua certo intelligimus resurrectionem futuram, sperata resurrectionis essentiam, & substantiam esse.

XVIII. *Bασική, σιγή!* Liceat enim mihi iisdem verbis vii in detestationem sophistices Sanderi, in qua Chrysostomus erupit prae admiratione mysteriorum Apostoli. Sophisma ita est: Fides est substantia rerum sperandarum. At fiducia non est substantia rerum sperandarum: ergo fides non est fiducia. Respondeo negari assumptum: quia illud ipsum *ὑπότασσεται ιδητούσαν*, descriptio est fidei, quatenus est ex certitudine intellectus concepta fiducia rerum quae intelliguntur in hunc finem, ut sperentur.

XIX. Sed assumptum probat: Omnis essentia rei est eius pars maxima, intima, & plane essentialis. At fiducia nulla est pars vlli rei: imo rem iam esse ponit. En tibi acumen! Essentia est pars intima eiusque rei. Vnde hoc? Ex penetralibus, opinor, Philosophia. Quanquam illa partem rei, rei cuiusque essentiam, non facile dixerit: etiā intimam dixerit. Debet enim Essentia ambitus, totum id complecti quod res est: nec distinguitur nisi ab accidentibus; quae non sunt partes rei. Sed de hoc ille videbit, si quis alius pro illo. Nobis, in re Theologica, placet esse Theologis. Esto igitur Essentia apud Philosophos, ut volet Sanderus. At Theologice nos negamus: & ridemus Sophistam in ambiguo haud aliter ludentem, quam stupidissimi quidam monachi, cum audirent Filium Dei dici Verbum, Grammatica phantasmatu animo conceperunt: Actionem, passionem, & medium inter utramque: & tempora & modos, & Infinitum & participium: & quās non φλυατές. Si sunt tamen tantum φλυατές, sceleratus usus in rebus tam seruis.

XX. Vsus est, fateor, Chrysostomus, *στοιχείας* voce. Sed Sanderus, aut stupidissimus non vidit, aut nequissimus dissimulavit, quo sensu sit vsus: Non pro intima rei essentia, (multo minus pro parte rei:) qui proprius est vsus: sed gemino tropo: primum illo quo similibus similiis nomina tribuuntur: deinde illo, quo causis effectorum. Rei praesentis omnium maxima certitudo est: Rei praesentis existentia est: nam, aut præterita, aut futura, nulla nisi in proprie. Ab ea existentia illa tanta certitudo. Hac ergo ratione rerum futurarum certitudo maxima existentia nomine donata fuit, ex vulgaris, quo, nos confisi viri boni promissis, dicimus tam certos esse, quam si rem ipsam teneremus. At hæc ex vsu omnium confidentia est, siue fiducia. Et rerum est, quæ tamen non sunt, id est, non existunt. Vnde Chrysostomus ponit easdem res, quarum fides est *τράπεζας*, esse *ἀναμοράτων*: Diserte, non tantum τὰ ἀπόθετα *τράπεζας* τὰ δεῖ: sed etiam, *τράπεζας οὐ τρόποντας*, τὸ δὲ τὸ *τράπεζας*. Oecumenius indicauit tropum, cum dixit, non simpliciter *οὐτις*, sed *οὐτιας*: deinde, *τρόποντας*. Nam si esset illa intima pars rerum, ut nouus Philosophus Sanderus loquitur, debuit absolute & *οὐτιας* nominare, & *τράπεζας*.

XXI. Rursus causis tribuuntur effectuum proprietorum nomina. Sic ad Coloss. 3. *Christus vita nostra*, Prim. Ioan. 5. *Fides victoria nostra*: & alia infinita. Hoc modo nunc fides hypostasis rerum sperandarum. Interpretetur ipso Chrysostomo, qui omnium hominum, inquit Sanderus, & diligentissime, & summa cum laude in Pauli mente interpretanda versatus est. Quid enim Chrysostomus: *τράπεζας τρόποντας*? *τρόποντας*. Oecumenius, *τράπεζας τρόποντας*. Atqui: inquam, ea quæ hoc modo sunt hypostasis rerum, non sunt intima ipsi rei: non sunt pars rei. Nihil obstat vero, quominus fiducia hoc eodem modo dicatur, siue *τράπεζας*, siue *οὐτιας* rerum suarum: Imo nihil, quominus fides sit fiducia.

XXII. Sed fiducia, inquit, presupponit rem iam esse. Quomodo, inquam, iam esse? Nam tu distinxeras, primo esse in Deo: deinde, esse in nobis: addit & distinguo ulterius esse in nobis per spem, aut actu. Quomodo ergo presupponit iam esse? Si in Deo, nihil ad rem: nam hinc nulla fiducia, altoquin esset in Diabolis fiducia, qui sciunt in mente Dei esse salutem aeternam. In omnibus fidelibus, fiducia rerum alienarum: sciunt enim omnes, in Deo iam ab aeterno esse salutem omnium prædestinatum. Sed hæc, aut non est fiducia, aut, si quomodo fiducia dicitur, nobis est *ἀναρρότος*.

XXIII. An igitur in nobis esse ponit? Quæram, quo sensu. An, ut iam antecedens, aut ut simul? Explicabo. Potest enim illud intelligi duplenter. Ponit esse, cum præsupponit tanquam necessarium antecedens: ita ut fiducia post sequatur, cum in nobis iam certum fuerit, esse resurrectionem, id est, tum denique ex hoc posito progressus fiat ad confida-

tiam. Rursus ponit esse, hoc est, ipsa simul ac concipitur fiducia, efficit in nobis id esse, de quo confidimus. Illo priori modo, concedimus & fidem, & fiduciam ponere, rem iam esse, sed non secundo. Nam, si ante quam confidamus, necesse esset ponit in nobis rem esse, nullæ essent ulterius partes confidentia, siue fiducia. Itaque necesse est, eo ipso fidem esse fiduciam, quo ponit in nobis esse res sperandas.

XXIV. Addit: Cum fides magis sit ampla & generalis, quam fiducia: non potest fieri, ut, quod in totam fidei essentiam, & naturam, generaliter cadit, hoc ad strictiorem fiducie naturam, eadem ratione pertineat. Satis obscure, pro more solito. Respondeo, ne hypostasis quidem apud Paulum tam vniuersaliter dici, quam fidem ipsam. Facile hoc & perspicuum. Fides enim est, non tantum sperandarum, sed etiam non sperandarum, imo & timendarum. Attamen Paulus non dixit fidem esse omnium rerum *ὑπότασσαν*, sed tantum sperandarum: reliquarum, satis habuit dicere *τράπεζας*. Quid ergo? Nempe *ὑπότασσαν* designat peculiarem, ut ita dicam, fidei revelationem, ad res sperandas. At, hæc æque late patet, ac fiducia: nec verolatius patet. Nam & confidit, quicunque certo sperat sibi aliquid futurum: & qui certo credit sibi aliquid futurum, confidit. Neque aliter, vel sensus communis potest concipere: vt unque Sophistæ summa imis permisceant.

XXV. Rursus argutatur: Fides est in intellectu: nec potest alibi rebus subsistentiis tribuere, quam vbi ipsa est. At, fiducia est in voluntate: Ergo, fides non potest esse fiducia. At, nos fidem esse in intellectu concedimus: in intellectu solo, negauimus, & contra probauimus. Deinde: fiduciam esse in voluntate concedimus: esse tantum in voluntate negamus: oportet enim necessario cum voluntate complecti intellectum. Ratio certa: quia fiducia nulla est absque veritate obiecti: oportet enim, antequam confidam de resurrectione, me, intellectu, concipere primo resurrectionem aliquam futuram: deinde mihi ipsi futuram: hæc vbi firmissime concepi, tum fiducia est. Itaque nihil obstat, quominus fides sit fiducia: quamvis non omnium, sed tantum sperandarum rerum. Ideo enim confidit voluntas, nec aliter aut confidit, aut potest, quam cum verumque illud mens, siue intellectus, concepit.

C A P. IX.

De certitudine amoris diuini.

I. Erat illius loci maxima emphasis, qui fide asseruit nobis representationes sperandas. Habemus alium non minoris momenti, à remotione omnium aduersantium saluti. Exstat ad Roman. 8. Post propositum eternæ prædestinationis mysterium, eiusque gradus, *Quidigit dicimus ad hac?* Si Deus pro nobis, quis contra nos? Is quidem qui proprio Filiu non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum eo illa nobis emnia gratificabitur? Quis intentabit criminis aduersus electos Dei? Deus is est, qui iustificat. Quis est qui condemnat? Christus is est qui mortuus est: qui etiam est ad dextram Dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos separabit à charitate Christi? Num afflictio? num angustia? num persecutio? num famæ? num nuditas? num periculum? num gladius? In his omnibus amplius, quam vñctores sumus per eum, qui dilexit nos. Nam nihil persuasum est, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque presentia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque vñllam rem aliam creatam, posse nos separare à charitate Dei, que est in Christo Iesu Domino nostro.

II. Magnus iste verborum delectus est: magna congregatio. Potest-ne esse pondus leue? Examinemus. Questio est, vtrum Prædestinationis ad salutem nocere aliquid possit. Scilicet, quominus salutem affectuantur. Conclusio est negativa. Non possunt hoc negare aduersarii. Prædestinationis describitur per charitatem Dei: *Quis, inquit, separabit nos à charitate Dei?* Et charitatem Dei explicant quidem alii, quia nos amamus Iesum: alii, quia nos Deus amat. Vtram ponamus, nostra nunc non interessat, nec quos amat Deus, ii perire possunt: nec qui amant Deum, s Deus reicit: itaque, vtrouis modo, certa falso, si certus amor Dei. Quoniam nos quidem cum iis sentimus, qui amorem, quo Deus nos amat, explicant: quæ sententia est Toloero certa: probabilior Salmeroni, Peterio, Dominicu à Soto, Iustiniano, Sadoletus vtramque est complexus.

III. Sed hæc tamē conclusio, iis est concepta verbis, ut omnino causam ostendat firmiter. Primo enim, nunquam indefinita, siue vaga: sed semper etiam applicatione. Indefinita esset, si nihil legeremus: nisi prædestinationes. Si Deus est pro prædestinationis, quis contra eos? Quis separabit prædestinationes à charitate Dei? Sed non ita Paulus. Imo descendit ad individualiam, ut ita dicam, applicationem: Si Deus pro nobis, Quid separabit nos? Vbi & seipsum includit: & alios docet similiter sentire. Deinde sic applicata, ut simul contineat applicationis certitudinem: ea enim vis est *τράπεζας*, ut sensum suum Paulus indicat: ideoque vtramque sit complexus certitudinem, tum illam obiecti, qua consistit in rei ipsius constanti veritate: tum alteram subiecti, quæ sit in proprio cuiusque fidelis sensu. Ut merito Caluinus institut. 1. c. 2. §. 16. dixerit: *fidelis non est, nisi qui sua salutis securitati innixus, Diabolo & morti confidenter insultet*, quomodo ex praclaro illo Pauli epiphonemate docemur.

IV. Enimvero haec securissima insultatio est, cum remouentur omnia, quæ speciem vñam habere possunt causarum aduersantium: & quidem *ὑπέρβολως* iis nominatis, quæ per se sunt extra hunc censem: cuiusmodi Angelos nominauit, sine dubio *ὑπόδιοις*, si ipsi vellent Angelos. Quis autem ignorat huiusmodi catalogos non esse, nisi quibus extremus est securitatis, confidentiaeque gradus? Tum autem non tantum si negantur dirempti nos, sed ne posse quidem dirimere. Nam multa negari solent futuri, quæ tamen concedantur esse posse. Sed hic Paulus vtrouisque negavit. Itaque ad summam confidentiam nihil fecit reliqui. Ideo dixit etiam,

In his,

In his omnibus *vñpñxæzæz*, cuius vocabuli pondus neglexit non bene vulgatus interpres, Superamus, inquit: longe melius Beza, plusquam vi-
tæores sumus.

V. Soluunt non uno modo. Sunt, teste Bellarmino, & Vasque, qui A-
postolum velint loqui d. prædestinatis in genere: ut sensus sit, certum esse
omnes prædestinatos perseveraturos in charitate Dei. Huius sententia
autorem laudat Bellarminus Augustinum de Correptione & Gratiæ c. 7.

VI. Alii de seipso loqui Paulum interpretantur. Sed Alfonsum de
Castro, priuato sophismate ludit in verbo *Certus sum*, ut sit decretum vo-
luntatis in officii constantia. Nam quamvis certitudo proprie conueniat
intellectui: per quandam tamen similitudinem tribui voluntati, quæ sepe
sit dubia & indifferens ad amorem, vel odium: at cum altera firmiter ele-
git parrem, tum dici esse certam. Sic apud Virgilium, *Certum est in suis,*
inter spela ferarum malle mori. Et, *Certus eundi.* Iuxta hunc modum, inquit,
arbitrio intelligendum illud Fauli ad Romanos. Dicens enim se esse cer-
tum suæ voluntatis, firmissimam in amore Dei expressit deliberationem:
tanto feroce, & tanta firmitate se Deum diligere, ut nulla creatura videa-
tur illi potens ad auelliendum se ab eo amore.

VII. Nonnulli, teste Pererio, certum fuisse Paulum existimant de sua
perseverantia vñque in finem per peculiarem reuelationem.

VIII. Bellarminus, Pererius, Cesterus, Stapletonus, Vasques, verbum
πιστεως, non significare certitudinem fidei diuinæ, sed moralem quan-
dam persuasionem, & probabilem existimationem, confidentiam ad quam
generandam sufficiat certitudo conjecturalis. Sic enim ad Rom. 12. *Πιστεως,*
Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi
pleni estis dilectionis. Postea ad Timoth. 1. *Πιστεως:* *Certus sum autem*
quod & in te, Lyc. 20. Certi sunt enim Ioannem Prophetam esse. Ad Hebr. 6.
Πιστεως. *Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora.* Ex his liquet
verbum *Gratiam* pertinere ad omnem persuasionem, etiam non certam,
sed tantum probabilem. Nemo enim dixerit Paulum certitudine fidei di-
uinæ credidisse Romanos esse plenos dilectionem.

IX. Denique Pererius ex Bernardo profert aliam: Paulum dixisse, se
certum esse, quod nulla alia creatura, nihilque quod extra eum esset, sepa-
rare ipsum posset, & electos à charitate Dei: nihil enim extra hominem
esse quod possit hominem cogere, & necessitate quadam inducere ad pec-
candum. Non dixisse tamen, quod non possit hominem propria voluntas
separare à charitate Dei. Sermone de Duplici Baptismo, & de relinqua
propria voluntate.

X. Sed verior explicatio est, agere Apostolum causam communem om-
nibus fidelibus, quiuidem sunt prædestinati: in quorum tamen numero
seipsum esse firmiter crederet: Ideoque nec loquutum de se singilariter,
Certus sum nihil posse me separare: sed pluraliter. Etiamsi non negemus
posse alias in prima persona vtrumque numerum vsuperari. Est enim pecu-
liaris circumstantia: quia eiusdem personæ vterque numerus exprimitur:
diserte *πιστεως*, in singulari, deinde *πιστεως*, plurali. Vt. ad Cor.
c. 5. *Mysterium vobis dico: non omnes quidem obdormiemus, sed omnes muta-
bimur.* Hoc ipso capite ad Rom. 8. *Nam statuo minime esse paria, que pre-
senti temporis, perpetimur, futura gloria in nobis retengenda.* Quæ phrasæ indi-
cant quis esset aulo sensu de communis, & ad plures pertinente. Deinde ratio potentissima est à serie totius contextus. Hæc enim verba clau-
dunt fieri disputationem de Prædestinatione: quæ non erat Pauli priu-
legium peculiare: sed commune beneficium omnibus vere fidelibus, id
est, per fidem iustificatis.

XI. Zamorensis illius Episcopi nimis crassum delirium est, iudicantis in
vocabus Latinis: condonandum tamen *Gratiam* sermonis imperio. Nam
peritus nemo concedet eodem modo vsuperari *πιστεως* Athenis, quo Ro-
mæ *Certus eundi.* Itaque ad Roman. cap. 14. iungitur cum *οδη,* *Nouï &*
Confido, in Interpretre Latino: apud Bezan, Noni & persuasum habeo Dein-
de vero, quænam hæc esset πιστεως partium? Præcessit interrogatio,
Quis nos separabit à charitate Christi? Et hanc præcesserat alia, *Quis inten-
tabit crimina aduersus electos Dei?* Et his interrogationibus putet quis apre-
subiici: Ego certo constitui nunquam non amare Deum? Choræbo per-
suadeat Alfonsum. Rursus, Paulus absurde diceret, *Certus sum, neque mor-
tem, neque vitam possem nos separare à charitate Dei.* Neque enim quid aliquis
ficeret pendebat ab eius voluntate. Denique, causam certæ salutis repete-
ret à voluntate humana, qui tamen repetit à certitudine prædestinationis.

XII. Qui dicunt omnes prædestinatos perseveraturos, idque pro-
certo Paulum habuisse, quid habuerunt in animo? Si tamen hic animus,
vt nihil nisi vagum conciperent. Nam si vs non significetur vniuersalis do-
ctrina, quam habuerit Paulus certissimam, & omnes Christianos habe-
re volu erit: nam illi recte: & ex mente Pauli, ex mente etiam Augustini. Sed
hanc vniuersalem doctrinam ita oportuit consideratam: ut simul obser-
uaretur applicatio, & quidem certa.

XIII. De peculiari etiam reuelatione insulsa fabula est. Vnde hausta,
quæ? Deinde cui bono? Nam ad illustrandam generalem doctrinam
nullivisi. Imo magno vñsi ad cuerrendam. Quia enim reuelatio pecu-
liaris non est promiscua omnibus: sed eximis paucis, si vero etiam pau-
cis: hæc si causa est quare quis certus sit se nunquam leparandum ab amo-
re Dei; Certe non debuit Paulus exclamare, *Quid nos separabit?* Non de-
buit, *Quis intentabat accusationem aduersus electos Dei?* Itaque non mer-
etur hi longiore refutationem.

XIV. Illud, de significatione verbi, paulo maioris momenti videri pos-
fit. Nam nos fatemur *πιστεως*, promiscuum esse, & complecti pro-
bablem certitudinem, sive confidentiam. Sed non excludere certissimam,
agnoscunt, opinor, iidem aduersarii. Nam Paulus ita vsuperat etiam de
dogmatibus fidei, *Nouï & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse im-
perium per se.* Ad Rom. 14. Postea ad Timoth. c. 1. *Nouï cui crediderim: &
mibi persuasum est, cum posse depositum meum in illum diem seruare.* Quid igitur?
Nempe, quando commune est vocabulum, hic, vt alias, circum-
stantiae expenduntur.

XV. Nam falso pronuntiauit Stapletonus ab uno hoc verbo toram
vñ argumenti pendere. Nam quorsum tam curiosa enumeratio, si nihil
momenti addidit verbo tam diluto? Deinde, cur non dixit simpliciter,

Tom. III.

non separabit, sed, non poterit separare? Denique, tota sermonis series
ostendit, Paulum loqui de certitudine prædestinationis, quam esse infalli-
bile negare non audent ipsi aduersarii.

XVI. Supereft Bernardus. Hic negat Paulum quicquam dixisse de
nobis ipsis. Sed hoc quis Bernardo concedet? Nisi forte nos ipsi in
nullis sumus rebus creatis. Quanquam quid erat opus addere, cum con-
tingatur in hypothesi? Nos, inquit Paulus. Non enim nullos, sed nos, id
est, fideles: nempe quorum immutata voluntas est per efficaciam Spir-
itus: confirmata etiam, per eum, qui cum dedit velle, datus est & per-
ficere. Denique impossibilitatem Paulus considerat, non absolute, sed
hypotheticæ, posita nimis prædestinatione: cui non magis opponi
potest nostra voluntas, quam res alia quæcumque. Quid? quod hæc
non bene consonat exceptio amoris Dei? ei amori, quo nos Deus est com-
plexus? Nam ille non potest non ab æterno esse, & præuisis omnibus.
Quid? nosputemus præuidisse reliqua, quæ obstat poterant, Deum,
& non præuidisse voluntatem nostram? Nam si præuidit, quæ fieri potest,
vt ab ea mutetur? Nos ab æterno eum amorem esse putabimus, & tamen
mutabilem? obnoxium, inquam, rei temporali, vt non tantum ab ea mu-
tari, sed omnino etiam extinguit valeat?

XVII. Omnino vere Bernardus: nihil, quod sit extra nos, vim
posse facere salutem nostræ: sed solam voluntatem nostram. Sed id ve-
rum, non de euentu, vt sit sensus, fieri aliquando, vt qui prædestina-
ti sint ad salutem, à salute abducantur per propriam voluntatem: sed de
natura voluntatis abstracte considerata: quomodo natura Ezechiæ ita
erat comparata, vt posset occidi, sicut aliis quisquam: sed tamen,
cum Deus esset pollicitus vita prorogationem, simul certum fecerat,
non quidem non posse occidi, sed tantum non esse occidendum à re vl-
la. Ad similem modum, prædestinati possent abduciri à spe salutis per pro-
priam voluntatem, quam habent & flexilem à primâ natura, & corruptam
a secunda: sed potentia huius actum impedit eadem prædestinatione. Ita
que confidentia fidelibus oritur, non à consideratione proprietatum virtutum,
sed ipsius amoris diuinæ, in cuius admitti sunt tutelam.

XVIII. Non deber etiam omitti, hanc Bernardi exceptionem, si
intelligitur ita, vt dicat reapse, &, vt loquuntur, aucti, aliquos aliquan-
do prædestinatos incertos reddidisse suæ salutis; imo non incertos reddi-
dise: sed abduxisse potius à salute, contradictriam, non tantum securi-
tati, quam illi certitudinem dicunt subiecti: sed ipsi rei veritati, id est, cer-
titudini obiecti. Non enim Bernardus dicit, posse nos propriam vo-
luntatem incertos facere: sed omnino cum reliqua omnia Paulus amo-
ueret, non amouisse tamen nos ipsos, sive propriam voluntatem. At
quorsum tanta, tam magnifica enumeratio? Nam illa quidem hac vna
exceptione tandem corrumpitur. Quomodo festiuus ille poeta Sto-
corum, vno verbulo traduxit τὸ παρόλογον: cum post enumeratos ma-
gnificos Sapientis titulos, addidit, *Precipue sanctus, nisi cum pituita mole-
sta est.*

XIX. Nihil illa ergo ladt argumentum nostrum à verbis Apostoli
tam disertis. Stapletonus habet aliud quiddam. Observandum est, in-
quit, cur hanc tantam confidentiam perseverantia, ac salutis suæ conce-
perit. Respondet: non ex sola fide iustitiam apprehendente, non rece-
dente tamen à peccatis, & sordibus, sed ex multis, & optimis beatæ perse-
verantia indicis, & argumentis, id est, ex summo gradu charitatis; qui ta-
men gradus esset defectibilis.

XX. Sed in his, primo impudens est calumnia de fide non receden-
te à peccatis: hanc sibi Stapletonus Papistice fixit; non vere expref-
fit, exillis Caluini, aut Bezæ, aut cuiusquam Catholici verbis. Sed hæc
calumnia ante confutata est. Secundo, quæstio est extra thesin, quæ
disputatur in fideli confidentiam suæ salutis propriæ: non vnde sit. Nam
vnde sit, tum videbimus, cum agemus de causis iustificationis. Ter-
tio esse defectibilem hanc, sive confidentiam, sive fidem, sive charitatis
gradum, interea negamus, post plenus discussuri in proxima contro-
uersia.

XXI. Sed δό bonum factum! Emergit veritas tandem, nec sele vel
omnibus claustris Jesuiticæ detineri diutius patitur iniustitia. Vasques
ab illis omnibus Interpretibus, ab illis Interpretum somniis recedit, &
proficitur sibi videri altiore esse huius locisensum. Nimis, loqui
Paulum de charitate Dei, non qua nos diligentes Deum, sumus apud eum
iusti, sed quæpotius paratus sit Deus per merita Christi, dona gratiaæ suæ
nobis elargiri. Videlicet Paulum certo credidisse, neque viuentes, neque
mortuos, neque Angelos, & cetera, posse hanc impedire charitatem Dei,
quam habet per Christum in suos iustificatos. O iterum bonum fa-
ctum! Vicit veritas. Quid enim nos volumus aliud? Nam sicut salutis,
sic ne certitudinem quidem causam putamus querendam à iustitia nostra:
scd à misericordia Dei. Hæc si certa est, & tam certa, vt nullo modo aut
mutari aut impediti possit: profecto & nostra salus, quæ inde pender, est
certa. Claudius ergo hoc argumentum magnifice: proprio magni no-
minis Iesuita: *Quicunque certus est charitatis Dei erga se, idem certus est*
suæ salutis. At fideles certi sunt eius charitatis erga se. Ergo certi etiam
sunt suæ salutis.

C A P. X.

De Dono Spiritus Sancti.

I. Eandem applicationis certitudinem docent ii loci Scripturaræ, qui
Spiritus Dei in fidelibus efficaciam designant. Nam argumenti con-
sequens hæc certa est: *Quicunque habet Spiritum Sanctum, is fit cer-
tus de spe salutis suæ.* At omnes fideles habent Spiritum Sanctum. Om-
nes ergo fideles de spe salutis suæ certi sunt.

II. Minorem confirmant, quicunque loci pronunciant dari fidelis-
bus Spiritum Sanctum: quorum magnus est numerus: ex eo isti. Acto. 2.
Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem pec-
catorum: & accipietis dominum Spiritum Sancti: vobis enim facta est promissio.

8 3 & liberis

DE FIDE.

& liberis vestris, & omnibus, qui longe sunt: quoscumque videlicet aduocantur Deus noster. Ad Rom. 5. *Charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Ad Rom. 8. *Vos autem non estis in carne: sed in Spiritu: si quidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, is non est eius. Quotcumque Spiritu Dei ducantur, i& sunt filii Dei. Non enim accepisti spiritum seruitutis rursum ad mundum: sed accepisti spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba,*

pater.

III. Maiorem ii confirming omnes loci, qui eius Spiritus efficaciam describunt. Primo, testimonium. Ad Rom. 8. *Ipse Spiritus testatur una cum spiritu nostro, nos esse filios Dei.* Prima Ioan. 5. *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in seipso: est autem hoc testimonium, nempe quod vitam eternam dedit nobis Deus.* Deinde oblationem, & arrhabonem. Ad Ephes. 1. *Obsignati estis Spiritu illo promissionis Sancto, qui est arrhabo hereditatis nostra, dum in libertatem vindicemur.* Postea ad Corinth. 1. *Qui nos confirmat vobis in Christum, & qui exiit nos, Deus est, qui etiam obsignauit nos, deditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris.* Quinto, Deus est, qui nos ad hoc ipsum condidit: qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus.

IV. Magna emphasis. Primo, testimonium nullum est simpliciter ad veritatem illam, quam obiecti appellant, sed proprie ad certitudinem subiecti ingenerandam: Dicam clarius, quicunque testimonium reddit, et si attendat necessario rei, de qua testimonium perhibet, veritatem: tamen scopum sibi hunc proponit, ut illam veritatem persuadeat ei, apud quem testimonium id perhibet: atque inde testimoniorum distinctiones, pluto magis apta sunt minime persuadere. Non enim à certitudine obiecti, cui nihil addi, detrahi nihil potest, vlo testimonio. Iraque maius, minus testimonium dicitur, propter maius minus momentum ad persuadendum id, quod se habet semper eodem modo. Cum igitur testimonii proprium id sit, tum vero apparet, quid sentiendum de testimonio Spiritus in hac causa.

V. Quid ὁ φαρισαίς dicam? Nam eius profecto vsus est ad maiorem confirmationem. Quanquam ὁ φαρισαῖος etiam vari gradus. Aliæ simpliciter ad rei pertinent certitudinem indefinite: Sic Reges sigillo suo muniunt, diplomata: sic in priuatis contractibus, contrahentes sigillo suo schedam muniunt. Sed aliæ spectant personæ certitudinem, quæ ipsa obsignari dicitur: id est, signo aliquo particulariter insigniri, ut eascias se in numerum illorum adscriptam, ad quos tale aliquid ius pertineat: quomodo aureum torquem Rex concedit Equitibus suis: in eum videlicet finem, ut pro certo habeant, non tantum esse aliquos equites, quibus aliquid sit priuilegium: sed multo magis, ut sciant singuli, se nominatim equites esse: ac proinde ad se nominatim pertinere, quicquid id iuris est.

VI. Est nevero ambiguum, de quo signaculi genere Scriptura loquatur? Enim uero id perspicuum est, cum dicunt nos obsignari. Nam id significat peculiari illa nota nos insigniri. Quomodo in vocatione externa: qui olim circumcidebantur Iudei, eo ipso obsignabantur, ut proprio charactere impresso certum haberent se esse Iudeos. Similiter Christiani baptizantur, ut se nominatum adscriptos nos sint militiae Christianæ. His externis signis, hoc internum responder Spiritus signum, quo obsignatur, non ea quæ debent credi, sed illi ipsi qui credunt. Infert igitur primo peculiarem applicationem: deinde eius applicationis certitudinem: atque hanc quidem certitudinem, non ex desiderio nudo, non ex leui conjectura: sed ex autoritate diuina, qua nulla potest esse maior.

VII. Sed additam arrhabone, & quid deerrit ad cumulum? Enim uero huius vlsus apud omnes perspicuus: adeo ut, qui fidei sunt sublestioris, huc configant, ut momentum addant suis promissionibus. Quia pignus sit, quædam quasi representatio rei futuræ, in cuius locum illud datur. Significans non tantum rem representandam, sed etiam ei cui datur, Genes. 38. *Dixit, mittam tibi hædum de gregibus: illa, dixit, Patiar quodvis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.* Habent ergo fideles, quo certissimi sint apud se non tantum esse aliquam vitam æternam, aliquibus tandem conferendam: sed seipso in eo esse numero, quibus illa sit conferenda: adeo ut certo statuere debeant, non posse fieri, ut sibi non conferatur, rebus videlicet sicstantibus.

VIII. De oblatione & arrhabone, non vidi quicquam apud adversarios responsum. De Testimonio obseruat Bellarminus, cum aliis, paulo alter legi Græce, quam Latine. Nam quod Latinus Interpres dixit, *Spiritus testimonium reddit spiriti nostro: ut & Syrus, Paulum scripsisse επιμηκεῖ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ:* Interpretate Beza, *Testatur una cum spiritu nostro.* Quo aliquid amplius exprimitur: nimis, ut sit quasi genuinatum testimonium à Spiritu Sancto, & à spiritu nostro. Quanquam reuera, eodem redeat utrumque, ut non existimem valde contendendum.

IX. Soto Commentariis in hunc locum, geminatum hoc testimonium pronunciat alienum esse à mente Pauli: hoc argumento: quod Spiritus noster non possit rei supernaturalis testimonium reddere: quam ipsam nisi per reuelationem facere nequeat. Sed hinc illud non consequitur. Ponimus & nos, non posse spiritum nostrum a se rei tantæ fidem facere: imo ne cognitionem quidem habere: sed cognitionem, imo sensum habere à Spiritu Sancto posse, disputamus: & hac ad ipsam cognitionem, ipsum testi non esse dubitandum: cum alibi legamus testimonium conscientia: postea, ad Corinth. 1. *Gloria nostra haec est, testimonium conscientia nostra.*

X. Huic tamen quantumcunque diversitatibz, Bellarminus accommodauit geminam solutionem. Primo, testimonium in Latina Versione, non esse per verbum aliquod expressum, id est, per reuelationem, sed per experimentum cuiusdam suavitatis, & pacis internæ. Hanc autem non significare certitudinem, nisi conjecturalem. Ad Græcum επιμηκεῖ: testimonium Spiritus, non esse nisi ipsam illam orationem, qua dicimus, *Abba Pater:* quod idem testimonium est Dei, & nostrum: quia hoc nos dicimus, moti à Deo. Quid ergo? Nempe hoc ipsum, quod

Spiritus moueat nos, non constare fide diuina, sed solum ex conjecturis fallacibus. Ratio, quia multi non tantum peccatores Catholici, sed etiam haereticidicant *Pater Noster:* & tamen non sint filii Dei. Iudeis etiam dicentibus, Ioann. 18. *Nos unum Patrem habemus, Deum:* Christus respondit, *Vos ex patre Diabolo estis.* Ethuic posteriori solutioni acquiescent Pererius, & Dominicus à Soto.

XI. Stapletonus paulo subtilius vrget Græcum επιμηκεῖ. Significat enim non solum Spiritum testari, sed vna cum eo, spiritum nostrum: & hunc non per reuelationem, sed per charitatis experimentum. Tale autem Spiritus Sancti testimonium, quia cum nostro sit coniunctum, nec praesens gratia posse fidem facere, cum nihil sit credendum, quod Verbo Dei non reueletur: nec in futurum securitatem, cum mutabilis sit hominum voluntas.

XII. Nos, quia verbis tantum differre putamus Veterem interpretem à textu Græco, disparationem Bellarmini etiam negligimus. Et dicimus, testimonium illud Spiritus esse reuelationem: itaque Verbum Dei. Non est enim Verbum Dei, id duntaxat quod expressum est in Scripturis, aut prædicatum in Ecclesia: sed etiam id, quod ex eo sequitur necessario. Atqui ex Scriptura, doctrinaque in Ecclesia prædicta, sequitur necessario, quemcumque fidem esse filium Dei. Itaque hoc etiam deber censeri Verbum Dei, & sic est reuera. Quomodo ipsi Papistæ in hoc ipso locum concedunt reuelationibus extraordinariis, quæ tamen neque sunt in Scriptura, neque prædicantur in Ecclesia. Porro reuelationes Dei certitudinem suam non mutuant à modo, sed habent à seipso. Etsi ergo hæc reuelatio, quæ fit cuique fidelium per inhabitantem Spiritum, sit ordinaria, tamen est certissima.

XIII. Secundo, testimonium illud Spiritus nihil esse præter experimentum suavitatis, & pacis, orationemque qua dicimus *Abba Pater,* falso sumitur. Nam hoc testimonium est conscientia propria, manans à testimonio Spiritus: quæ non supposito, neque suavitas esse potest, neque pax, neque adeo oratio, nisi in summis labris. Etsi igitur verum, simili esse cum testimonio, Spiritus hanc suavitatem, & pacem, tamen non propterea unum sunt.

XIV. Tertio, hunc motum esse à Spiritu Sancto, non constare nisi à conjecturis, & quidem fallacibus, vehementer falsum: imo proximum dementia: quomodo, si quis neget ignem esse calidum, gelu frigidum. Enim uero, aut vllum esse motum Spiritus, negandum est prorsus: aut concedendum, suis certis argumentis constare. Nec enim negari potest, quæcumque efficaciam suam habent, eadem demonstrare se per ipsam illam efficaciam. Agit ignis per calorem: & ab ipso calore deprehenditur. Agit anima per motus suos: & ab his ipsis in cognitione venit. Sic de ceteris. Quid ergo? Est ne Spiritus Sanctus in homine otiosus? Imo πάντα τὰ εὐηγέρτει, inquit Paulus 1. ad Corinth. 12. Ad Roman. 8. *Adiuuat infirmitatem nostram: & interpellat pro nobis, spiriū inenarrabilis.* Denique efficit, ut clamemus *Abba pater.* Quomodo, aut quorū hæc? si nihil sit amplius fideli, quam infideli? id est, ei qui Spiritum haber, qui eodem destituitur?

XV. Sed, inquit, multi peccatores dicunt se filios esse Dei: multi haereticci, multi Iudei. Mutantur, inquit, termini argumentationis. Nam hoc dicere se esse filium Dei, nullus est Spiritus motus, nullum Spiritus testimonium: imo ne conjectura quidem. Niſi tu intelligas conjecturam, secundum quam alii de aliis iudicamus: quod nihil ad rem: quandoquidem nostra controversia sit de certitudine propria, non vero alienæ salutis. Ceterum nihil inquam fuit falsi, quod veritatem non mentiretur. Sed nihil hoc obstat, quo minus suæ sit veritati propria efficacia, suæ propriæ demonstrationes.

XVI. Vna testari cum spiritu nostro Spiritum Sanctum, diserte Paulus dixit. Sed quæ ratio perfuasit Stapletono, vt inde eliceret, non esse ergo certum eius testimonium? Ego quidem videre non possum. Et vero quis pius concipiet, plus posse nostram voluntatem ad Spiritus corrumpendum testimonium, quam Spiritus vim ad corriganam voluntatem nostram? Aut quæ vis supererit Pauli verbis, dicentis πνεῦμα σωτηρίου μετέπειτα τοῖς αδεικνυτοῖς, Sublenat, vt Beza, siue, adiuuat, vt Vetus interpres, infirmitates nostras? Nam ea certe subleuatio nulla esse potest, si deprimitur ipse potius Spiritus ab infirmitatibus nostris.

XVII. Vasques diligentior videtur, c. 10. disp. 200. in 1. 2. Primo, responder nihil hoc testimonium nobis fauere: quia inde concludi duntaxat possit certitudo fidei de nostra gratia, postquam sumus iam iustificati, & accepimus per iustificationem Spiritum adoptionis: at nos doceamus, debere nos credere, remissa nobis, vt iustificemur, & remittantur peccata.

XVIII. Sed nihil hic præter meram calumniam, de qua iam dictum. Enim uero, quid monstri est, credere sibi remissa peccata, vt remittantur? Aut quod genus hominum est, tam à communi sensu destitutum, vt possit capere? Sic enim constituitur fides remissionis prior, reapse, ipsa remissione: quod omnem absurditatem superat. Enim uero si prius remissa credimus, quam sint remissa, falsum nos oportet credere. Quid plura? Nobis potius est persuasissimum, remissa esse peccata, antequam credamus: Certe infantes nos negamus credere, & tamen infantibus condonari peccata. Nec vero Vasques ita proposuerat sententiam nostram capite secundo: sed in hunc potius modum, debere fideles statuere dimissa sibi esse peccata, alioquin, nec iustos fideles esse. Quid tollari possit. Nam etsi verum, ante dimitti quam credamus, id est, quam sumus actu fideles, tamen verum etiam, cum sumus actu fideles, credere remissionem peccatorum nostrorum: quia hæc nobis proponatur, inquit promittatur eodem verbo, cui fides innititur, & obsignatur, eodem Spiritu, quo eius verbi veritas. Verum quod ita erat propositum, vt à nobis posset agnosciri, idem Vasques post cap. 14. mutat, credere debere dimissa esse sibi peccata, si iustificari velit. Et isto tandem decimo, vt iustificemur, & remittantur peccata nostra, debere nos credere esse remissa.

Vtrumque

Vtumque impudenter: adeo nihil habent pensi Iesuitæ, quid dicant, quid fingant, dum nobis ægre faciant.

XIX. Sed missa calumnia, quid de re dicturus est? Primum ad Græcum textum quem magis probat: deinde ad Latinum. Græcum à Græcis sic explicari. Spiritus Sanctus testimonio suo adstruit gratiam, quæ nobis data est, dum inueni nos, ut pronuntiemus, *Abba pater*, quod proprium est filiorum. Itaque, testimonium esse, non quo testificetur, & suadeat nobis, ut credamus nos esse filios Dei: sed quod nobiscum exhibeat, dum nos moueret, ad inuocandum Deum illis verbis.

XX. Sed ista quæro sibi quid velint. Nam testimonium omnino reddi oportet aliquibus. Itaque, vel nobis, vel aliis. Si nobis, Vndeques pati non potest: ergo alii Hoc vero, quid sibi vult? Nimirum Spiritum Sanctum efficeret, vt nos alii testimonium demus, nos esse filios Dei. Atqui primum, vt hoc admittat, quæro tamen, utrum id ipsum, quod alii sic testamur, credamus ipsi, habeamusque perfusum, an fecus. Nam si non credimus, testimonium quid differt ab hypocritarum testimonio, cum vel deierant se esse filios Dei? nam & hi, tum testantur quod non credunt. Sin autem ipsi etiam credimus: ergo & nobis oportet prius testimonium fuisse redditum: itaque habemus, quod volumus.

XXI. Sed profecto Paulus significauit huius testimonij efficaciam ad nos pertinere. Patet ex phrasi, οὐ μη προσειπτεῖ τὸν ἀνθρώπον ἐμαῶν. Sicut nono, οὐ μη προσειπτεῖς μοι τὴν σωματικὴν, testimonium mihi perhibente conscientia mea: sive ut Beza, attestante mihi simul conscientia mea. Apocalyp. 2. οὐ μη προσειπτεῖς πάντι ἄνθρωποι, Confessor omni audienti. Quis unquam suspicatus est his locis, id verbi significare, efficere ut testimonium reddatur? Aut, quæ causa est, ut hoc loco nouum aliquid sonet?

XXII. Verum esto, inquit: testetur Spiritus spiritui nostro, ut Latini volunt: nulla tamen inde conclusio. Cur non inquam? Quia, inquit: non debet intelligi de testimonio ipsius Dei intus reuelantis, cui proxime nostra fides, tanquam primo principio innitat: sed de testimonio operum: quæ quidem dicuntur testimonium Dei, quia Deus gratia sua in nobis & nobiscum ea opereret. Et dicuntur testimonium iustitia nostræ, quatenus illis innuit nobis Deus significationem aliquam nostræ iustificationis: namque ex illis coniectura aliqua deducimus, nobis remissa esse peccata: & hanc etiam coniecturam Deus adiunxit. Hoc tamen non obstat, quominus tali coniecturæ ex sua natura, & principio considerata possit subesse falsum.

XXIII. Enimvero, quam nobis cauam Sophista dixit, cur non possit intelligi de testimonio Dei intus reuelantis? An, quia Spiritus adoptionis a liquid est extrinsecum: an, quia spiritu snolter extra nos est, & non potius id sonat, quod est in nobis maxime intimum? Sed non est saltem primum principium, inquit. Imo, inquam, primum est: non enim subalternum? Aut cur non æque ac fidei? Nam à fide hic sensus est. Quare si fidei primum principium est Spiritus (& hoc concedit Vasques) oranino etiam primum est huius testimonij.

XXIV. Sed est ab operibus. Imo hoc nos negamus: et si concedimus confirmari ab operibus: nimirum tanquam à posteriori. Certe, et si nos ortum esse solem scimus, qui videamus singula, quæ prius latabant, tamen ipse se oculis nostris prius Sol ostendit, & significat esse ortum. Omnino absurdum est negare animam hominis non sentire ipsam per se affectus suos, nisi quantum eos ab effectis didicerit. Sciebat se Proloemus esse Astrologiæ peritum: etiam, antequam Almagestum componeret. Sciebat se Petrus amare Dominum, antequam moreretur pro eo. Sciebat Iudas se odire, antequam acciperet triginta denarios. Ast hic sensus, hoc testimonium Spiritus est, affectus animi fidelis, à quo affectu mouetur ad actus extenuos, ipso teste Paulo, Accipitis Spiritum adoptionis per quem clamamus *Abba Pater*. Oportet igitur esse animo intus, & per se notum.

C A P. XI.

De Fiducia, & πληροφορίᾳ: & notitia Salutis.

I. Paulus ad Ephes. 3. Habemus libertatem, & aditum cum fiducia per fidem ipsius, sive ut apud Veterem interpretem, Habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eites. Prima Ioan. 3. Si cor nostrum nos non condemnat, fiduciam habemus apud Deum. Ad Hebr. 3. Cuius domus sumus nos, si fiduciam, & spem illam, de qua gloriamur, ad finem usque firmam retinuerimus. Quarto, Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, ut consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium. Ad Hebr. 6. Cum primus, ut unusquisque vestrum idem ostendat studium, recte tamen πληροφορίαν, ad expletionem spei, inquit Vetus interpres: at Beza, ad plenam spei persuasione ad finem usque.

H. Nota primo, alias πληροφορία, alias πληροφορία, denique πληροφορία. Deinde hanc fiduciam esse spei: Tertio esse per fidem. Quarto, esse non paucorum quorundam: sed fidelium, & quidem singulorum. Nam hæc vis est verborum, *Habemus, retinemus, accedamus, unusquisque vestrum*. Denique non differendam ad usque extremum articulum, aut ipsam fruitionem: sed retinemad ad finem usque. Imo ne expectandam quidem peculiarem, sive extraordinariam reuelationem: non enim posset sub exhortationem cadere.

III. Bellarmintus respondet de πληροφορίᾳ & πληροφορίᾳ. Πληροφορία vertit audaciam. Et audacia negat esse certitudinem: sed generat certitudinem: sive audaces ex certitudine summa, & infallibili. Porro hanc certitudinem non esse de iustitia, sed de veritate mysteriorum fidei. Nimirum, quia certi sumus fidei Catholicae, Christum pro nobis passum & mortuum esse, & reliqua: nos tanto mediatore fratres audere confidenter accedere ad thronum gratiae, & sperare à Deo indulgentiam.

IV. Ego vero dico Bellarminum non distinguere, sed nugari. Primo, nihil nostra intereste iam dixi, utrum fides ipsa sit confidentia: an causa potius confidentia. Nam has scholarum subtilitates, nos libenter scholæ relinquiens: dum certum sit fidem illam veram, de qua quæsto est, hoc efficere, vt quisque vere fidelis certus sit obtinenda salutis. Quomodo, non credimus

ad summam Christianitatis interesse, utrum Paulus fidem pronuncians esse hypothesin rerum sperandarum, exacte definiter, an descripsit potius. Denergo id nobis Iesuite: de cetero non habebunt importinos.

V. Secundo, Certitudinem, quod negat esse de iustitia, sed tantum de veritate mysteriorum, non admittimus absque distinctione. Nam iustitiam dicimus vel imputam, vel inherentem. Concedimus hanc πληροφορίαν non esse certitudinem, quæ confidat iustitiae inherenti: quandoquidem, ut ante disputatum est, nulla hæc talis est, quæ Deo possit iudice consistere. Itaque, huius ratione, nihil scimus esse fidei timidius, nihil incerti. Nam hac quidem parte longe audaciores sunt infideles plerique omnes: mirum, quia nesciant, quid quantumque peccent.

VI. Sed esse certos fideles, se pro iustis haberi apud Deum, per & propter Mediatorem: hoc vero si quis negat, videre non possumus, quid relinquit audaciam, sive confidentiam, quocunque vocabulo volet πληροφορία exprimere. Nisi forte impudentiam significet, & temeritatem, aut aliquid delperiat. Nam, quomodo potest sana quisquam mente se se fuisse peccatore, & audere ad Deum accedere, non certus, sibi esse condonata ea peccata. Nam Deus necessario cogitur vindic peccatorum admissorum, & non condonatorum. At nuquam quisquam latro confidenter accedat ad suum iudicem.

VII. Et libens quæram, quo sensu illud usurpet, Christum esse pro nobis passum. Efficaciter ne, an tantum sufficienter? Nam si efficaciter, id ipsum est, quod nos volumus: nec potest alii verbis luculentius exprimi, non tantum applicatio: sed etiam certitudo & securitas applicationis, quam si quis dicat, Christum pro se esse mortuum. Sic enim Iob luum affectum exprimat, cap. 19. Seio, quod Redemptor mens viris, & in nouissimo die, de terra surrecturus sum. Non redemptor impliciter: sed in φατειν; Redemptor meus. Sin autem sufficienter tantum, & quod fidem veram fidei Diabolorum: nam hi ipsi certi sunt sufficienter pro omnibus hominibus mortuum esse Christum.

VIII. Hactenus πληροφορία. Nunc πληροφορία, quomodo explicit audiamus. Distinguit Spem a Fide. Et fidem quidem esse certissimam, neque posse credi cum dubitatione, & formidine. Sed remissionem peccatorum, & iustificationem, ad fidem propriæ dictam non pertinet. Quod ad spem attinet, esse hanc quidem certissimam, sed in suo genere, quod, quid sit mystérii, ita explicat. Duplicem certitudinem esse, aiam voluntatis, aliam intellectus. Illam esse adhæsionem firmam voluntatis ad rem speratam: & esse posse maximam, etiam si non sit quis certus ex parte intellectus, sed id, cui ita adhæret, vo'untate consequitur: immo amplius videtur non posse hanc intellectus certitudinem cum spe conuenire: quia, quod certo scimus nos habitueros, non proprie spem, sed expectemus. Non delictum tamen spem omni certitudine intellectus: immo habere geminam: priorem ex promissione Dei, quem certi sumus non posse fallere: alteram ex charitate: quia amicus ab amico potest omnia bona sperare. Sed in fallibilem certitudinem negat in spe esse, tum quia non sufficiat promissio Dei, sed alia requirantur, de quibus non sumus certi: tum quia charitas corrumpi possit, & fieri, dum pergrinamur, ut qui amicus est iterum fiat inimicus.

IX. Sed nos, haud paulo aliter philosophamur. Primo, spem & fidem ratione sui, & definitione distinctas, re tamen semper indiuulias esse: adeo vt, neq; quisquam vere credit, qui non vere speret: neque rursum vere speret, qui non vere credit: unde ab Apostolo audiimus fidem esse sperandarum rerum hypostasim. Vere autem dico credere, & vere sperare, quod certum sit, quemadmodum fidem sic & spem è medio vnu translatam ad alium peculiarem in religione Christiana. Neque enim de qualibet spe Paulus dixit, πληροφορία ad Roman. 5. Hoc posito, non est apud nos tanti, ut dixi Scholarum subtilitas, ut ambitione contendendum putemus, de fidei definitione: dum constet à fide esse certitudinem spei, quæ sibi, qui Christiani vere sunt, salutem pollicentur.

X. Secundo, remissionem peccatorum, & ciusque iustificationem ad fidem non pertinere, hoc vero πληροφορία esse pronuntiamus: neque contra persuaderi possimus ab illo Iesuita. Nā certe vtriusq; fundamentum est diuina promissio: hæc autem nullo modo ad spem pertinet, nisi postquam est ab intellectu concepta, vt in voluntate sit efficax. Non enim potest efficaciter voluntatem mouere, nisi supposita veritate: at veritas iam ad intellectum pertinet, non ad voluntatem. Quare omnino necesse est, remissionem peccatorum, & iustificationem cuiusque ad fidem referri eo ipso, quod pertinent ad intellectum. Quanquam nos etiam antea definiuimus, fidei suas esse partes in voluntate.

XI. Tertio, in distinguenda certitudine voluntatis & intellectus, oblitus est Bellarminus agi non de Latino Certitudinis vocabulo, quod agnoscamus complecti etiam voluntatem, quomodo Virgilio dictum, *Certus erudi*: sed de Greco πληροφορίᾳ, cuius, puto, alia ratio est. Nam ego quidem, cum recolo, non memini legere, nisi pro certitudine intellectus, ex comperta rei veritate indubitate. Itaque, cum Aqostolus πληροφορίᾳ spei tribuit, satis ostendit sibi aliud esse in animo, quam Bellarmino fuit. Et vero illa voluntatis certitudo sola, qui p. offit significare præter nudum desiderium, ego quidem non video: vt is cuiuspiam rei certa voluntate hæreat, qui non desistat ab eo desiderio. At hæc profecto non est spei significatio. Nam hæc illum supponit quidem neque, enim quisquam quicquam dicitur sperare, quod non optet, id est, in quod voluntate non feratur: sed habet tamen aliquid præter eum voluntatis motum, vnde spes dici queat, nimirum rationem saltem probabilem vnde sibi persuadet id sibi obveniatur, quod optat. At hæc iam rationis, sive probabilitas, sive etiam certitudo voluntatis esse non potest. Itaque omnino, spei certitudo à voluntate esse non potest: aut igitur nullam esse, aut esse oportet ab intellectu: ac proinde spei Christianæ à fide. Ideoque eodem censi gradu cum certitudine fidei.

XII. Enimvero, ubi peregrinabatur animus tanti Sophistæ, cum certitudinem intellectus dicere expectationi potius congruere, quam spei? Aut, quis huic nobis dedit tam confidentem sermonis arbitrum? Vnde saltem aliquo argumento, vno saltem aliquo exemplo doceret. Sed nimirum facilior illi in afferendo latus: quam in confirmingo labor. At nos legimus Act. 10. Cornelium expectasse Petrum: & 22. Iudeos expectasse quid renuntiaretur à tribuno. Et Iohann. 5. ægros expectasse aquæ motum,

& plurima similia: in quibus nulla intellectus certitudo. Nempe hoc potius verum: & omnia expectari, quæ sperentur: nec omnia tamen sperari quæ exspectantur: nimirum, quia exspectantur etiam mala quædam, quæ ventura aut putamus, aut scimus: quæ tamen nemo sperat, nisi quæmodo aliquando abusus ea voce Vergilius est. Et in summa videtur exspectatio effectum quoddam esse eius persuasionis, qua persuasi sumus aliquid euentum. Itaque, in bonis exspectationem nitisperiam concepta: ideoque non esse aliam exspectationis certitudinem, quam spei: ut omnino frustra Bellarminus fuerit subtilis grammaticus.

XIII. Nam, quod obiicit non sufficere promissionem diuinam: non negem, si sic intelligat, vt in nobis etiam supponi oporteat quæ esse debent: quandoquidem non omnibus promiscue facta promissio est: verum fidibus. Sed hinc concludi incertum dudem spei, non patimur. Non quod non agnoscamus hæc, quæ in nobis requiruntur, esse mutabilia ex parte nostri: sed quod scimus non pendere effectum diuinæ voluntatis ab ea mutabilitate: imo contra, hanc mutabilitatem subiecti ci potius voluntati: adeo vt penes Deum sit non tantum promittere, sed etiam promissa præstare: ideoque efficere, vt quæ in nobis requiruntur, ea ne desiderentur. Post. ad Corinth. 9. Potens est Deus efficere, ut omnis gratia in vos redundet, ut in omnibus semper omnino quantum sufficiat penes vos habentes, abundetis ad omne opus bonum.

XIV. Illud etiam, posse, qui Dei amicus est, fieri inimicum, non est, vt ferat pietas Christiana: quæ nouit neminem separari ab amore Dei. Equidem agnoscamus posse interdum electos labi: sed fieri inimicos, non possumus in animum inducere. Quia inimicus is vere est, non qui non amat, sed qui etiam non amat. Amari autem hodie quemquam à Deo, cras odio haberi absurdissimum est. Nam quos amat, amat ab æterno: itaque nunquam odir. Quanquam scimus interdum inimicos dici, qui tantum oderunt, non etiam odio habentur: vt ad Roman. 5. Sed hic vltius alienus ab instituto nostro: in quo certitudo spei mensuratur, non ex nostro modulo, sed ex gratia diuina. Quanquam hic sermo alterius erit controversia paulo post excusanda.

XV. Sed enim, vt *πληροφορίας* tanto norimus exactius, addamus vicinum argumentum, vnde constet hanc *πληροφορία*, *λευτήσια* & *έπιστημα* esse certitudinem intellectus. Idinde constat, quod scientia nomine significetur. Prior. ad Corinth. 2. Nos vero non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo: vt scimus quæ Deus est nobis gratificatus. Post. 5. Scimus nos, si terrestris huius domus nostra tabernaculum dissolutum fuerit, adiustum ex Deo habituros, domicilium videlicet non manufactum, æternum in celis. In hoc enim suspiramus, expertes domicilio nostro, quod è celo est, superindui. Prima Ioan. 3. Scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Quarto, In hoc cognoscimus, quoniam in ipso manemus, & ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis. Quinto, Scimus quoniam ex Deo sumus. Hac scripta vobis qui creditis in nomen Filii Dei: ut sciat vos vitam eternam habere, & ut credatis in nomen Filii Dei. Enimvero, Potestne id sciri, cuius certitudo nulla? Certitudinem dico, non obiecti tantum: sed maxime subiecti. Et rursus, potestne aliquid sciri certitudine voluntatis, & non intellectus? Plana ergo res est.

XVI. Respondent. Primo: in 1. ad Corinthios loqui Paulum, vel de notitia diuinæ gratiæ, quæ singulari munere Dei, ipsis Apostolis reuelata esset. Vel de beneficiis communiter vniuerso generi humano, partim iam datis à Deo, partim promissis, puta redemptionis, vocationis, iustificationis, glorificationis. Ita Pererius. Et posteriori solutioni Bellarminus acquiescit. Acquiescit etiam Alphonse de Castro. Secundo, ad Ioannem Bellarminus fel mel de iustificatione libri secundi capit. II. Vere dicere Ioannem, omnes, qui credunt sicut oportet, habere vitam æternam: sed non dicere, omnes, qui arbitrantur se credere sicut oportet, re vera credere, sicut oportet. Iterum lib. 3. c. 9. Verba illa *scimus* & *cognoscimus*, non necessario includere certitudinem fidei diuinæ: sed interdum ex signis, & coniecturis. Et rursus libri tertij cap. 13. Eos, qui credunt, habere vitam eternam, sed in spe, non in re.

XVII. Sed contra, ad primum agere Paulum de peculiari quodam munere aripiuata reuelatione, negari ab Alphonso de Castro, *Non loquitur*, inquit, *de donis specialibus, que aliquibus hominibus Deus per utiliter concedit*. A Iustiniano ponit non necessarium. Nam is & in paraphrasi, utramque explicationem connectit, *Nobis autem, sive vniuersi fidibus, sive verbis Dei preconibus*. Et in notis, *Quæ cum ita sint, non loquitur Apostolus de peculiari aliqua reuelatione sed de communis fidei illustratione*. A Salmerone improbari, Non est ergo referendum ad peculiarem reuelationem: non solum quia iuxta Bernardum, id Paulus dixit de se & aliis Apostolis, sed etiam de discipulis suis: ait enim, *Vt scimus, quæ à Deo donata sunt nobis*. Non est autem verisimile, voluisse Paulum assertere, discipulos habuisse peculiarem reuelationem: sed etiam, quia superioris dixerat, *Quæ & loquimur, quod verbum Apostolus de his, quæ communis fide accepimus, usurpare solet*.

XVIII. Sed in altero membro, quæram libenter, quænam sit vis solutionis. Nam nos quidem concedimus per ea, quæ data sunt nobis, Apostolum intelligere beneficia communiter humano generi partim data, partim promissa: sed quis inde concludat, ergo nescire sibi fideles ea esse data, donata?

XIX. Concedimus non dicere Ioannem, omnes, qui arbitrantur se credere sicut oportet, etiam credere sicut oportet. Enimvero, quorū hoc? aut quis Bellarmino obiiciebat? Sed nos vicissim dicimus, omnes qui vere credant sicut oportet, etiam scire se credere sicut oportet: quia si neliant, ne credant quidem: cum non sit fides brutorum quidam motus, sed actus intellectus simul & voluntatis, vt disputatum est. Tum autem spiritus hominis non potest ignorare, quid sit in homine. Denique transit à cæpis ad alia. Non est enim eadem quæstio, vtrum quis vere credit: & vtrum qui vere credit, certus sit fæcere salutis. Omnino necesse est confiteri, & qui non credit, & qui nescit se credere (si tamen hæc diuersa sunt) nihil habere posse, vnde sit certus seiri seruatum. Sed, si per hypothesisin quis credit, omnino sequitur scire se saluum futurum.

XX. Verba scire & nosse, includere interdum certitudinem coniecturalem, fortasse concedi possit: quanquam non sine abusu. Sed inferre etiam certitudinem ciuitatem aliquando, ne negat quidem Bellarminus. Hoc ergo

superest, vtrum hoc in argumento: imo vtrum his locis apud Paulum & Ioannem. At vterque hanc scientiam deducit à Spiritu, non huius mundi, sed Dei. Hunc autem Spiritum nihil habere præterfridas coniecturas, nunquam concessurus est quisquam Christianorum.

XXI. Haberi vitam in spe, non in re, (quod tertio Bellarminus responderet) quid habet ponderis? Nam is dicitur habere in re, non qui certus est se habitum, sed qui ita habet, vt præfente fruatur. Sic quicunque in via sancti, habent in spe: quicunque in patria, re. Itaque distinctio aliena à quæstione. Quid enim? Nonne concedunt Papista aliquos per reuelationem particularem esse certos de sua salute? At qui ne hi quidem vitam habent, nisi in spe. Est enim vniuersale illud ad Rom. 8. *Spe salvi facti sumus*. Ergo, inquam, in spe haberi vitam æternam, non debet opponi certitudini. Itaque nulla Bellarmini solutio est, sed nostrum potentissimum argumentum. Nam praesentia non sunt incerta. Itaque cum non dixit Apostolus, *ὅτι ζωτίξεται*, sed disertus, *ὅτι ζωτίζεται*, omnino voluit certitudinem significare rei futuræ, aut parem, aut similem rei præsenti.

C A P. XII.

Laudari certitudinem fidei, reprehendi dubitationem.

I. **A**d damus laudatam in scripturis fidei certitudinem, reprehensemque infirmitatem: Illam, inquam, certitudinem fidei, quæ est in particuliari applicatione, per quam sibi quis pollicetur certo id futurum, quod sperret, non autem illum tantum *μετανοεῖ*, intellectus assensum, qui aut Deum tanquam potentem efficere, si velit, aut veracem in promissionibus, considerat.

II. Laudis esto nobis primum exemplum, Hæmerroissa, quæ audiit Matth. 9. *Confide filia: Fides tua te seruabit*. Hæc vero fides cuiusmodi fuit. Exprimit idem Matthæus. Dicebat enim apud se, *Si solum tetigero vestimentum eius, seruabor*. Audiri? Papista dixisset aliquis: Si quis tangat vestimenta, poterit seruari, forte seruabitur: aut vt maximum, si ego tetigero vestimenta, forte seruabor: spero me seruatum iii. At illa protus Catholice, Seruabor. Ethanc fidem laudauit Christus. Cur Catholici damnent?

III. Alterum exemplum Abrahami, ad Rom. 4. *Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei pro iniustitia*. Sed illud, credere, quale fuit? Explicat postea Paulus, *Qui Abraham contra spem sub spe credidit, vt fieri pater multarum gentium: secundum id quod ei dictum fuerat, ita erit semen tuum*. Ac minime imbecillis fide, non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, cum centum circiter natus esset annos, nec emortuam vultum *Sara*: aduersus promissionem autem Dei non disceptauit infidelitate, sed robustus fæctus est fide, tributa gloria Deo: ac plene persuasus habens eum quod promiserat, posse etiam facere. Quibus verbis describitur ingens confidentia super promissionem diuinam: quam ille credidit omnino implendam.. Implendam, inquam, in se ipso: quantumuis à se multa posset opponere. Itaque confidentia erat non tantum obiecti, sed etiam subiecti propter veritatem diuinam: Inde: Non habuita diffidentia.

IV. Bellarminus ad hoc Abrahami exemplum excipit: Paulum tentat: Credidisse Abrahham, se posse sperare filium ex *Sara*, ob diuinam promissionem, quem naturaliter non poterat. Et Abrahams fidem fuisse insignem, ita vt fiduciam pepererit. Et *πεπεισθείσης* esse incredulitatem: Denique expresse fidem Abrahami, *Plenissime sciens, quia quæcumque promisit Deus, potens est & facere*.

V. Nimis dilute illud quidem, credidit, se posse sperare: & non ad emphasm, *contra spem sub spe credidit, vt fieret pater*. Sed condonemus tamen & hoc & reliqua omnia. Quid ergo? Falsum ne fidem Abrahams fuisse confidentiam? Admittit Bellarminus, peperisse fiduciam, Iesuitice quidem: sed tamen ita esto sane. Ne *ἀπεισταί* quidem negemus esse infidelitatem: quia tamen *πεπεισθείσης* opponitur spei: certa conclusio est, fidei coniunctam esse necessario fiduciam: alioquin esse *ἀπεισταί*. Potentissimum nobis argumentum. Denique Abrahams fidem hanc fuisse, vt sciret, posse Deum facere, quæcumque promisit, non debuit monere Bellarminus eos, quibus oculi sunt ad legendum: sed docere, quomodo inde sequatur, bene conuenire fidei cum dubitatione & incertitudine. Nam nos quidem censemus, hanc illam potentiam Dei, esse potius credenti fundamentum fiducia confidentissimæ, positis promissionibus. Abrahams credit posse Deum facere quæ erat pollicitus. At credit Abrahams sibi Deum esse pollicitum semen. Ergo credit Abrahams posse sibi dare semen.

VI. Eodem referre licet ipsius Pauli confidentiam, poster. ad Timoth. 1. *Quam ob causam & hac patior: neque erubefeo: noui enim cui crediderim, & mihi persuasum est eū posse depositum meum in illum diem seruare*. Sensus est manifestus: describi a Paulo spem suam in futurum, qua se sustentaret in mediis æternis, quæ erant ei tot & tantæ toleranda. Non erubescerat ergo: quomodo ad Romanos quinto, spes *σταύρωχων*. Ergo: certus de euentu. Certitudo vnde? Noui, inquit, cui crediderim: q[uod] uod potens sit seruare meum depositum, nimirum vt certo sit redditurus. Vedit olim Theodorus, Bono, inquit, sum animo, & confido, ressusciant ad illius potentiam: quod quantam mihi præbuit spiritus gratiam, integrum seruabit usque ad suum aduentum. Vedit Ambrofius, *Hoc est quod dicit, quia & spe & fiducia magnifica*. Salvatoris securus est, quia quod commendat illi, in rito est. Quid autem illi commendat, nisi salutem suam, vt hic pro illo patientes salutem inueniant per eum, cum experit iudicare vt puniens infideles, insum dignum eterna vita pronuntiet? Vedit & recens Iustinianus Iesuita, *Quod ait Paulus, Scio cui credidi, indicat certitudinem quandam ac spei Christiana firmitatem, vt maxime nititur diuina potentia*. Sed & prior Thomas, *Cum dicit, Scio, ponitur certitudo spe, que facit eum non confundiri*.

VII. Sed & olim, veritate in Christo nondum plene manifestata, vir magnus, patientia exemplar, Iob, 19. *Ego quoque non sis. Redemptorem meum esse viuentem, & nouissimum, qui super terram surget: ac post pellem meam contruerint istud, & ex carne mea videbo Deum: quem ego visurus sum mihi: & oculi mei conspicui, & non alienus*. Verba sunt fæcere magnifica. Pollicetur sibi resurrectionem. Non ergo credit duntaxat, sed applicat sibi peculiariter. Nimirum, inquit, quia omnes sunt resurrecti homines. Ipse autem homo.

homo. Ita est omnino. Sed an minus verum, omnes letaratum iri fideles: & infidelibus esse Iobum? Immanis amentia! Velle applicari resurrectionis promises, quia sunt vniuersales hominibus: nolle redemptions; et si sint vniuersales omnibus fidelibus. Quanquam Iobus non resurrectionem sperat duntaxat, sed in resurrectione redemtionem suam. Nam & redemptorem suum se nosse: non simpliciter redemptorem, forte aliorum, sed disterre redemptorem suum: & hunc se visurum. Nimirū. Io. 3. Similes erimus, quoniam videbimus, sicut est. Ergo peculiarem, particularemque lux salutis certitudinem Iobus olim hauerit: & nemo habiturus sit Christianorum?

VIII. Sed reprehensam infirmitatem fidei & dubitationem: fidei: in qua non quatenus intellectus assensum significat, sed quatenus ad res sperandas pertinet, variis locis constat Primum Iacob. c. 1 Postulet a Deo, qui dat omnibus benignae, nec exprobrat, & dabitur ei: sed postulet cum fiducia, unde Ag. ex vobis & nihil habitas: qui enim habet, similis est fluctui maris qui ventis agitatur, & iactatur. Ne igitur existimato homo ille, se quicquam accepterum a Domino. En tibi Iacobi sententiam de hæsitate in fidei fiducia. Nam apertum est, hæsitationem in postulationibus opponi fiduciam illi, de qua loquimur. Ita ergo vult preces concipi, vt ne quis in postulando hæsiteret: & addit causam, quia hæsitas nihil obtinebit. Addé nunc: atquin precibus, postulare etiam debemus vitam eternam, remissionem peccatorum. Tunc conclude. Nam quid obstat, quod assertit Beilarminus, excludi dubitationem fidei contrariam? Nam hoc ipsum nos volumus. Sed vult, inquit, Deus omnipotentiam suam sine vlla dubitatione credi. Ita est, inquam: sed idem vult suis promissionibus sine dubitatione credi.

IX. March. 6 Si sicutum agri, quod hodie est, cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: nonne magis vos, & exigua fide præditæ? Et 8. Et accesserunt ad eum discipuli eius & suscitarunt eum, dicentes, Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis, modica fidei? Et 14. Petrus videns ventum validum, timuit, & cum capisset demergit, clamauit, dicens, Domine, serua me. Statim vero Iesus, extensa manu apprehendit eum dicens, & exigua fide prædictæ, quid dubitasti? Et 16. Apostoli discepitabant inter se, dicentes panes non sufficiunt. Id autem cum nosset Iesus, dixit eis: Quid discepatis inter vos exigua fide præditæ? At hunc locis exprobatur Apostolis, non quod non assentiantur articulis fidei: sed quod ipsi diffiderent, & sibi timerent. Et tamen defectus refertur in fidem.

X. Respondet Bellarminus: si iuridicatem, quæ fiducia oppositum, referriri in defectum fidei: quandoquidem fiducia oriatur ex fide. Sed non esse tamen confundendam cum fide fiduciam.

XI. Verissime, inquam, dictum: & nos ita volumus: fiduciam oriri ex fide: itaque imputari defectui fidei, dissidentiam. Hinc enim necessario sequitur non posse fidem esse sine fiducia: siue potius ipsam fidem efficere eum in quo est, confidentem. Imo non esse fidem, si non faciat confidentem. Nam defectus fidei, non est fides: sed est vitium in fide: quomodo valetudo bona facit robustos: adeo ut debilitas sit, non valetudo, sed huius diminutio.

XII. Lorichius aliter. Modica fides, non est, inquit, intelligenda de defectu in vana fiducia : sed de defecto in credendo diuinæ potentiaz, aut prouidentiaz.

XIII. Mitte vanam fiduciam: conuitum, non argumentum. Cætera ni-
mium dicuntur *αὐτορεατικά*: quasi Prætorem quisquam constituisset.
At nos opponimus primo Bellarminum, cuius sententiam iam iam audi-
uimus. Deinde Franciscum Lucam in primum locum: *Causam ipsam anxie-*
solicitudinis hominum exponit, fidei scilicet, & quæ hinc sequitur fiducia exigui-
tatem, quod minus alte de Deo sentiant, quod & que minus credant, fidantque Deo.
Dissidentia, siue fiducia exiguitas è fidei exiguitate nascitur, idcirco huius, ut ma-
tris nomine, utramque Salvator notat. lansenium, Modica fidei: vel ut habent
Graca διεύθυνσι, Hoc est, parum fidentes, increpatuum est, quo ostendit vulga-
rem sollicitudinem nasci ex dissidentia diuina prouidentia intolerabili, ut sic ob-
urgatos confunderet, ac fidentiores faceret sollicitudine excusa.

C A P. XIII.

- Patrum Testimonia.

I. **H**anc fidei speque Christianæ certitudinem Patres & agnouerunt, & celebrarunt. Ex iis hos viderunt aduersarij.
II. Dionysius ille quisquis est. Argonagira de Diuinis nominibus c. 7

II. Dionysius ille, quisquis est, Arcopagita, de Diuinis nominibus c. 7
sū oīdeō ὁ μέσος τηλ' ἀνθράκων εὐαγγεῖλος, ὅπου εἴχει, καὶ οἱ πολλοὶ οἱ διότοις αὐτὸς οἱ εἰς-
γνώμονες: *Nouit penitus is qui veritati coniunctus est, quam bene se habeat: etiam si*
vulgaris (ita enim vertendum, non plures) illum corripiant, quasi amentem.
Nota, nouit: nec tantum nouit: sed sū oīdeō, bene nouit, siue penitus nouit:
et sū eīzei, sibi bene esse, se in bono statu esse. Absurde, si nulla certitudo fidei.
Nam veritati coniunctum ab eo appellari, non receptum in patriam, sed in
via positum, non est quod admoneam.

III. Bellarminus responderet, Dionysium loqui non de certitudine propria iustitiae, sed religionis Christianæ, quæ stultitia Gentilibus esse videbatur. Itaque sententiam esse, Christianos omnino scire, & certos esse, quam bonum sit in Christiana religione viuere. Probat, quia dicantur pau-
lo post martyres huic veritati testimonium reddere cum vita periculo, cum tamen mortem opperant, non pro sua iustificatione, sed pro Christi diuinitate. Et huic solutioni acquiescit Iustinianus 13.2. ad Corinthios. Item Vaf-
ques cap. 12.

V. At primum, quis non miretur, non distinguentes tantum sed etiam separantes fidem Catholicam, à fide cuiusque pīj: quasi hæc non sit Catholicā? Quis non miretur, scire Catholicos bene esse Catholicis, nec scire tam sibi bene esse? Sed hoc mittamus. Omnino ita est, loqui Dionysium de certitudine fidei Catholicā: sed addo hanc fidem Catholicam nullam esse nisi in singulis: itaque omnino metiendam ex sensu singulorum. Itaque diserte. *Nouit sibi bene esse*: non autem nouit Catholicis bene esse: sed diserte sibi. Quod v̄ melius intelligarur, describenda sunt præcedentia, & t̄s ὁ λόγος, & t̄s ὁ λόγος τ̄s ὁ λόγος, Verbum est simplex, & vere existens veritatis.

V. Sed enim nemo moritur martyrum pro certitudine sua iustitiae. Ita est, inquam. Quid tum autem? Nam ego consequentia vim obseruare non possum. Martyres ad mortem eunt alacres, pro veritate fidei Catholicæ: haec enim causa mortiendi: sed, quod alacres eant, quis nescit hanc etiam causam esse, quod in ea fide morientes, certi sint se recipiendos in æternam vitam? Paulus ipse 4. poster, ad Timoth. Certamen illud præclarum decertauit, cur sum consummaui, fidem seruauit. Quod superest, reposita est mihi iustitia & corona, quam reddit mihi Dominus in illo die.

VI. Basilius proximus est: Eius in questionibus breuiter explicatis,
quæst. 11. verba sunt. Πῶς τιληρεθεὶς ἡ ψυχὴ, ὅτι ἀφίκεται αὐτῇ οὐδὲ
πέμπεται, Quaratione plene certa efficiat anima sibi Deum remississimam peccata.
Et respondet ὅπερ θεωρεῖται αὐτῷ, εἴ τι Αἰγαίος εἰς εἰσόρους, διδίκια μισθωτος, εἴ
βεβλεψεν τις αὐτὸν, Si contemplabitur seipsum ita dispositum ut ille fuit qui dixit, in-
iustitiam odio habui, & abominatus sum.

VII. Respondet Bellarminus, & acquiescit Vasques hanc esse certitudinem conjecturalem quæ sufficiat ad animæ tranquillitatem. Probat: quia certitudinem fidei diuinæ non posse dignare qui usus affectus, & odium contra peccata, nisi Deus reuelare dignetur affectum illum, & odium esse purum & sincerum.

VIII. Sed Basilius primo utitur verbo τὸν ιερὸν φορέα, quo significatur summus veræ certitudinis gradus, & cui falsum non subsit. Huiusmodi est autem fidei diuinæ persuasio. Deinde fundatum eius persuasione indicat syllogismum ex promissionibus diuinis, necessario concludentem, non autem contingenter. O γὰρ τὸν τῆς ἀφεσίας τὸν ιερὸν αὐτορυμάτων καὶ πιεσθέντος τὸν μητρόφορον αὐτὸν τὸν οὖν ἐφ' εἰσιτε ταῦλας τὸν πατέρα ἀφίκεται εἰπεῖν τὸν λεοντὸν κριτὸν ἀδειὸν ἄγειν, καὶ μεστορεῖσθον τὸν Θεόν εἰλέγειν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ αὐτὸν τοῦ εἰρημάτου τοῦ ταῦλας φέρειν τὸν διποτόρων εἰς τὸν ταῦλας μετανοίας τόπος πηγαν γίνεσθαι τὴν κρίσιμην τὴν δικαιοσύνην τὸν Θεὸν αἰδανόχθην, καὶ τὸ θέλεον αὐτὸς εἰς αἴσιον τὸν αὐτορυμάτων πελειαζόν. Qui enim ad remittenda nostra peccata misericordium suum Filium, ille prior, quantum in eo fuit, omnibus dimisit. At quia misericordiam & iudicium cantat sanctus ille, & restaturque Deum esse & in cordem & in sūlum, necesse est, quia cīta sunt tum a Prophetis tum ab Apostolis pertinentia ad paenitentiam, apud nos fieri: ut manifestetur iudi cādīnīa in sūlūtīa, & impleatur eius misericordia in remissionē peccatorum. A vāzyn, inquit, hæc cītīdō certitudo coniecturalis? an potius necessaria? Quanquam certitudinem coniecturalem vnde habeant Sophistæ videre non possum. Illud scio coniecturam esse incertam: itaque certitudinem coniecturalem, chimarām esse, aut quid absurdius.

IX. Sed certitudinem diuinam non potest quiuis affectus gignere. Quasi
Basilius, quemuis affectum dixerit : & non potius designarit illum, quem
Iensit in se Propheta, qui dixit sibi exosam esse iniustitiam. Sed hunc affectum
esse sincerum oportet reuelari à Deo. Quomodo, inquam? Extran-
ordinem per ~~terram~~, an ex Spiritu inhabitantis efficacia? Illud absur-
dum & procul est à scopo Basilij: cui non erat in animo suos ~~de~~ exercere
in Camera meditationum. Hoc autem certum, nec deest vete fidelibus: quia
nemo fidelis qui non habet Spiritum Christi, ~~quoniam non est~~.

X. Tertius Chrysostomus, homil. 14. in epist. ad Romanos, illa Pauli verba συμμαχεῖτε τῷ πνεύματι ἡμῶν expendens, φατικώλατο. Notat ergo Paulum ducere argumentum ab ipso Spiritu Sancto, à quo nostra illa sit vox Abbas patre: εἰ γὰρ τὸ γαστρί ματέρ τις οὐ φωνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα τὸ τηλεοῦντα δημιουργεῖται. Non nō doni solum vox est, sed et ipsius qui donum dedit Paracleti, ὅπερ τὸ πνεύμα μαρτυρεῖ. ποία λοιπὸν αἴμα φεολία, εἰ μὴ γὰρ ἀνθρώπος, οὐ γέλος, οὐ δόκαγε λεπούς, οὐδὲν πεποιημένος τοῦτο ιστιχεντο, καὶ χριστιανὸν εἰκός ποιει, τοῦτο γάρ πάντα εἰσία τῆς καὶ διηγησαρδεις τοῦτο, καὶ οὐδὲν εἰδεῖται δικαῖος, μαρτυρεῖσθαι ημῖν, τὸν εἰς αἴματα βαθὺτερες λοιπὸν καθετὸς αἴξια, εἰ δὲ γὰρ οὐδὲν αἰτιονεπιπτωτος πατέρα, οὐδὲν αἰτιονεργέταιος τῶν πυλών τοῦργα πυλών, τολμοῦτος τοῦργα πυλώνον αἰτεῖται. Quum autem Spiritus testimonium perhibuerit, qua rādem rā stat ambiguitas? Enim si homo, vel Angelus, vel Archangelus, alia uerbi modi potestas pollicetur, posset quis dubitare. At quum summa essentia, quod ipsa hoc largita est, illa ipsa per qua iussit precari, nobis testimonium perhibeat, quis postea dignitatem vocabit in controuersiam? Nam neque postquam Relegerit quempiam, et dignitatem eius publico praconio significare iussierit, subdutorum quisquam ausit contradicere. Agitur autem de testimonio non fidei Catholicae, prout isti vocant Sophistæ, sed fidei particularis, cuiusque a

XI. Bellarminus negat Chrysostomum dicere omnes, qui dicunt, *Abbas pater*, id dicere ex corde, & sicut oportet: aut impulsos à Spiritu Sancto. Et igitur Chrysostomi sententiam conditionatam, & generalem, non absolutam, & particularem.

XII. Miram Sophistarum importunitatem. Enim uero quis disputat, omnes qui dicant recte dicere? Aut quid hoc ad Thesin nostram? Id potius

debuit, non omnes fideles dicere Abba pater, ex motu Spiritus. Hoc si Chrysostomus diceret, non staret a nobis: sed illud nos etiam dicimus: cur miremur etiam Chrysostomum?

XIII. Sed est generalis sententia, & conditionata. Generalem, inquam, concedo: conditionatam nego. Nam generales sunt, quae de nullo individuo, & idem praedicantur. Sed de multis sub eodem genere comprehensis communiter. Sic generalis est, Homo est animal. Fidelis credit in Christum. Et similes. Sed conditionatas huiusmodi enuntiationes, quis appellavit vñquam? Quis non potius numerauerit inde mere categoricas? Deinde, quis negavit vñquam categoricas vniuersales applicandas in dividuis? Aut si applicetur, esse hypotheticas? Semel dicto Ille ab omni ratione est alienus, qui, cum conceperit, omnem hominem esse animal rationale, nolit dici. Ergo Petrus est animal rationale, sed tantum vñquus: Petrus est animal rationale, si sit homo. Nisi forte per illud, si sit homo, nihil aliud intelligat, quam assumptionem. At Petrus est homo. Sed hoc si cogitauit Bellarminus: nihil ille nisi ipse agnoscere aut etiam quid determinatur.

XIV. Vasques refutat illam conditionatam sententiam: & agnoscit Chrysostomum non dicere, vbiunque fuerit tale testimonium: sed absolute, re vera aliquibus concedi. Quod & nos volumus: nam fideles, quorum nos causam defendimus, non omnes sunt, sed tantum quidam homines. Sed hoc concessum, cur non perit Papistica. Ego existimo, inquit, non conclusisse Chrysostomum formidinem, sed dubitationem, & ambiguarem. Vnde tanta haec subtilitas? Nimirum quia cap. 8. obseruabat Tridentinos patriculos non dixisse, quemlibet de sua gratia dubitare posse, sed timere posse. Quod ille quidem tam certo nobis persuasum vult, ut nouum & antea scilicet inauditum nos lingue Latinae doceat arcanum, idem esse formidare & timere. Cuius vnius arcani nomine, quae non illi dicitur, debetur? Sed de iis otiose cogitandum. Nos, quod nunc instat, agamus.

XV. Non potest, inquit, fidelis dubitare de sua iustitia: hoc est, opinor, se iustum esse: sed tantum timere, videlicet in futurum, ut quam nouit sibi adesse, non possit polliceri in perpetuum. Imo vtrumque, inquam: quandoquidem suam iustitiam dicunt inhaerentem. Nam quomodo non sit incertus & in praesenti de sua iustitia vir quantumvis fidelis, qui scit se esse peccatorem, & se certius, quam sciat ccelos moueri? Qui possit certus esse in futurum, qui in praesens non sit: Itaque de dubitatione profecto nimium loquutus est Vasques Pharisaeum, Pharisaeum est enim illud, *Gratias ago tibi, quod non sim, ut reliqui homines*. Contra Christianum est, *Deus propitius est mihi peccatori*. Veruntamen, quid tum, sine dubitate, siue timeat de sua quicquam iustitia? Non enim ea res agitur, sed longe alia: vtrum siue dubitandum, siue timendum sit Christiano de misericordia Dei erga se: & ea quidem, quam sentit, & aliis experimentis, & interno conscientiae sensu, id est, testimonio Spiritus. Nam id Paulus proponebat: id Chrysostomus exponebat. Vasques, cum detorquet ad propriam iustitiam, neque Paulum concipit: neque Chrysostomum assequitur: sed Papistice nugatur.

XVI. Quartus Cyrillus Alexandrinus 10. in Ioannem cap. 3. Cum non rete a discipulo verba sua intellecta Christus videret, repetit rursum quod dixit, dilucide, docet, non solum cognitione ista communis amicis se suis manifestaturum, sed excellenter quodam fulgoris modo. Nam rudiores ab impi idolorum cultu, ad Dei cognitionem vocati, solummodo per fidem discunt, quod unus Deus, qui eos creauit, colendus est. Qui vero omni virtute mentem suam purgando apti iam ad maiora facti sunt, Spiritus illuminatione recepta, oculis animi habitantem in se Deum videbunt.

XVII. Respondet Bellarminus, videri Cyrrillum loqui de notitia beata, quae obtinebitur post hanc vitam. Vel si loquatur de notitia huius vita, non praedicare certitudinem fidei, sed notitiam maiorem, quam vulgus habere consuevit. Et hoc posterius retinet Vasques.

XVIII. Sed illud lectoribus Sophistam, quis non viderit? Nam illud de cognitione post hanc vitam futura, vnde habet? Nihil est enim apud Cyrrillum, quo firmetur. Imo contra Sanctorum fidem distinguit a communis fide, Non est communis Sanctorum cognitione: sed eximia, & certa longeque a communione illa differens. An tibi quicquam magnificum dicere visus es, qui cognitionem beatorum in celis, distinxerit a promiscua in his terris? Tum autem nullus ille verbis vitur, quibus non soleat Scriptura describere gratiam fidelium in hac vita. Videat Lector, & iudicet.

XIX. Non praedicare certitudinem fidei, sed notitiam maiorem. Quasi, inquam, certitudo fidei non sit notitia maior. Imo, inquam, certitudinem fidei praedicat. Cur non enim certitudinem, cum videri dicuntur inhabitantem Deum? Non enim opinor, videri dicuntur incerta. Sed cur non certitudinem fidei? Nisi forte oculis carnis Deum inhabitantem videri, tam improbus sit, & vaferat?

XX. Quintus Cyprianus de Mortalitate, Regnum Dei, fratres dilectissimi, esse caput in proximo: premium vita, & gaudium salutis eterna, & perpetua iustitia, & possessio paradi super amissum, mundo transiente iam venientem: iam terrenis cœlestia, & magna pars & cœdus eterna succedunt. Quis hic anxietatis, & sollicitudinis locus est? quis inter haec trepidus & moestus est? nisi cui spes & fides deest? Eius est enim mortem timere, qui ad Christum nolit ire: eius est ad Christum nolle ire, qui se non redat cum Christo incipere regnare. Scriptum est enim, iustum fide viuere: si iustus es, & fide viuus, si vere in Deum credit, cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, amplecteris, & quod Diabolo careas, gratuleris? Paulo post, Cum ergo Christum videre, gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum, nisi cum viderimus Christum, quia caritas animi, quae dementia est, amare pressuras, & paenas, & lacrimas mundi, & non festinare potius ad gaudium, quod nunquam possit auferri. Hoc autem fit, fratres dilectissimi, quia fides deest: quia nemus credit vera esse quae promittit Deus, qui verax est, cuius sermo creditibus eternis & firmus est. Si tibi vir grauis & landabilis aliquid polliceretur, haberes utique pollicentis fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem stare in sermonibus atque actibus suis scribes: nunc Deus tecum loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctus? Deus de hoc mundo recedens tibi immortalitatem atque eternitatem pollicetur, & tu dubitas? Hoc est Dominus omnino non nosse: hoc est, Christum creditum Domum & magistrum peccato incredulitatis offendere: hoc est in Ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

XI. Et terminus, aduerlus eos hoc testimonium pugnare, qui de pro-

missionibus Dei dubitant: id eo, non satis firmiter credunt parata esse gaudia temporis diligentibus Deum, & spem talem non gerunt, qualis requiritur: & ideo nimis anxie mortem timent & fugiunt. At se non negare & fidem habendam promissionibus, & spem talem habendam, ac tantam, quae desiderium moriendi parat: quamvis cum timore propter incertitudinem dispositionis.

XXII. Imo aduersus eos pugnat hoc testimonium, qui sibi diffidunt de promissionibus Dei: hoc est, non qui in genere dubitant utrum veræ sint, & in aliquibus implenda: sed qui non certi, sunt in seipso implendas. Ita enim necesse est. Quærerit enim animare fideles ad fortiter sustinendam mortem: argumentum illi, certitudo salutis. Iam vero, mors non in commune omnibus, tanquam aliquid ~~per nos~~, sed peculiaris singulis. Itaque quomodo mors singularis: ita aduersus mortem remedium esse oportet singulare. Quis autem non viderit, nullum esse in indefinita illa persuasione, qua omnibus quidem consideret propositam vitam, at sibi peculiariter non possit credere? Alioquin infinitis hypocritis communis esset solatum cum fidelissimis quibusque. Itaque Cyprianus loquitur singulariter, Qui se non credit cum Christo incipere regnare. Quod ad Christum voceris: quod Diabolo careas! Si tibi vir grauis polliceretur: recalentib; tibi pollicetur. Et his sufficiat inveni illa persuasio?

XXIII. At spem tantam postulant Papistæ, vt desiderium moriendi parat, Gratulem illis sane, quod nondum Christianitatis sensum omnem extinxerint. Sed videat quid agant, aut quomodo sibi constent. Nam, si communis sensus confutatur, negabit hanc tantam spem concipi posse absque hanc ipsa fidei certitudine, quam nos asserimus. Nam cuiusmodi potest id desiderium esse, nisi experimenti capienda? Quasi diceret, sive audiui promitti vitam creditibus: velim mori, ut huius dicti veritatem experiar. Et haec constantia est Christiana? Hanc certe non descripsit Cyprianus, qui vult sibi quemque gratulari, quod ad Christum vocetur.

XXIV. Sed reprehendi trepidationem ex incredulitate probat Bellarminus, ex iis verbis, Quia fides deest: quia nemo credit: tu mente incredula perfidus fluctus.

XXV. Ita est sane: reprehendit, inquam, trepidationem ex incredulitate. Sed haec incredulitas est, quae sibi non applicet promissiones diuinæ. Concipiendo: quod exemplo petrito ex vsu communi res tota illufretur. Hoc fit, aiebat, quia fides deest. Quomodo ergo? Nempe, si tibi vir grauis promitteret, crederes. Quid crederes? an illud duntaxat, veraces esse promissiones, non etiam illud, tibi factas promissiones? Vtrum? Similiter ergo vult Cyprianus, fidem deesse non tantum cum quis neget veraces esse diuinæ promissiones in genere: sed etiam cum dubitet in seipso futuras tales.

XXVI. Sextus, Hilarius Canon. 5. in Matth. Regnum cœlorum, quod Prophetæ nunc auerunt, Ioannes prædicavit, Dominus noster in se esse possum est profectus, vult sine aliqua incerta voluntatis ambiguitate sperari, alioquin iustificatio ex fide nulla est, si fides ipsa sit ambigua.

XXVII. Non loquitur, inquit Bellarminus, de fide propriæ iustificationis: sed resurrectionis corporum: quæ nisi certissima sit, spes quoque nulla esse poterit. Probat: quia paulo ante dictum, quosdam ob præsentium delectationem, & futurorum desperationem fieri negligentes. Post autem desperationem hanc inde nasci, quod adduci non possunt ut credant corpora resurrectura. Tum additum, regnum cœlorum sine ambiguitate sperandum: & quia spes oritur ex fide, iustificationem nullam futuram, si fides ipsa sit ambigua.

XXVIII. Sed hic præter purum putum mendacium nihil est. De resurrectione corporum propriæ agi, falsum: sed de spe regni cœlestis adipiscendis vel potius fiducia futurorum: sic enim primis verbis, Contemptum seculi, & fiduciam futurorum toto superiori sermone precepit. Nam cum ad iniuriam pronos iubet esse, & ad damnum voluntarios, & ad ultionem negligentes, & ad diligendum promiscuos, & ad humanam gloriam incuriosos, confirmare nos in spem bonorum & eternorum laborat. Quam longe à Bellarmino? Nam resurrectione corporum promiscua est tum bonis, tum malis: sed spes futurorum bonorum, bonis eximia. Quare quæ statim sequuntur, Plures enim & amor presentium, & desperationis futurorum, incertos facit & aut illecebribus capit, aut infidelitate confundit: quis non videt eadem serie intelligenda de bonis futuris: Horum desperatio, non tantum est, cū omnino nulla creduntur esse: sed etiam, cum sibi non futura. Sic enim desperavit Iscariotes, non quod nullam opinaretur vitam futuram: sed quod non sibi, qui tam fidei peccasset. Itaque vehementer falsum, huiusmodi desperationem oriri ex eo quod non credatur futura resurrectio. Nihil tale Hilarius habet, proorsus nihil tale.

XXIX. Reliqua quis intelligat? Regnum cœlorum sine ambiguitate sperandum: spem oriri ex fide, iustificationem nullam futuram, si fides ipsa sit ambigua. Quodnam vero hoc solutionis genus est: repeteret totidem verba Hilarius, quibus nos vtrum pro arguento: nec tamen ostendere ullam argumenti fallaciam? Næ magnus hoc modo futurus est Papistis solutionum prouentus.

XXX. Loquitur, inquit Vasques, de certitudine spei, quam debemus habere de promissione regni cœlorum: haec autem debet inniti iustitiae operum, & sanctitati cum gratia Dei, quam vtrum habeamus, an non, certe sine formidine scire non possumus. Illud admittimus, de certitudine spei: hoc negamus, fundari eam certitudinem super iustitia operum. Et tamen perinde est. Nam, si verum loqui de certitudine spei & hanc inniti iustitiae operum. Itaque hanc ipsam esse necessariam: frusta ergo subtilis est Vasques. Nam hoc constat, quod erat in questione: illud autem de origine confidence: alienum est ab hactenus. Denique, vide quid sit. Dicebat Hilarius. Regnum cœlorum sine vila incertæ voluntatis ambiguitate sperandum, Vasques vult non posse certo, & sine formidine haberi hanc certitudinem. Quod hoc mortali est? Nam conclusio manifesta, non posse ergo sperari regnum cœlorum.

XXXI. Septimus Ambrosius: si tamen is Ambrosius, serm. 5. Quisquis fermento Christi adhæserit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi utilis, quam indoneus vniuersis, & de sua certa salute, & de aliorum acquisitione securus. En tibi certum de sua salute, qui Christo adhæserit.

XXXII. Loquitur, ait Bellarminus, de certitudine conditionali, non abso-

Absolvit, ut sensus sit, eum, qui adhæret Christo, certum esse de sua salute, & de aliorum acquisitione, si Christo vere adhæreat, & in illo permaneat. T. bat. Quia eundem dicat securum de aliorum acquisitione. At qui nemo potest certus fieri de aliorum salute, certitudine fidei.

XXXIII. Sed quod est, φλωρέτ, si hoc non est? Qui adhæret Christo, si vere adhæserit? Quasi non quicunque adhæret Christo, vere adhæreat. At qui hactenus auditum erat, de unoquoque aut esse, aut non esse, verum. Ex sensu communi, falsa dicuntur, quæ id non sunt, quod apparent. At qui Ambrosius non dixerat, qui Christo videtur adhædere: sed qui adhæserit. Si dixerim, Perrus si homo est, animal ab rationale: quis excipientis toleret, si quidem vere homo sit? Sed hanc inepiam ne prolixius exagitemus, concedat hoc saltem Iesuita, omnem fidem, qui Christo vere adhæreat, certum esse de sua salute: nam de falso adhærentibus, ne verbum quidem cum eo commutabimus.

XXXIV. Illud, quid est? Nemo certus est certitudine fidei de aliena salute: Ergo illud, certus de sua salute, intelligendum cum conditione? Ego non postulam vim consequentia aduertere. Longe enim differunt hæc partes. Prior est definita: non enim potest sua cuique salus, esse aliquid vagum. At posterior indefinita, de aliorum, inquit acquisitione: id est, se etiam alias acquisiturum refertur enim ad id quod præcedit, idoneus uniuersis. Quis autem æquum censeat eodem loco haberi enunciationem indefinitam cum definita? Itaque certus est fidelis, se quibusdam aliis fore utilem: et si nesciat, quibus: sed si certus sit de sua salute, non potest de se incertus esse.

XXXV. Octauus: Augustinus in Psa. 88. Hoc promisit Deus, hoc dixit Deus: si parum est, hoc iuravit. Quia ergo non secundum opera nostra, sed secundum illum misericordiam firmi promissio, nemo debet cum trepidatione prædicare, de quo non potest dubitare, si ergo in cordibus nostris robur illud, unde Ethan nomen accepit robustus corde: prædicemus veritatem Dei, eloquium Dei, promissa Dei, iurationem Dei, & his modis omni ex parte firmitati prædicemus, & portando Deum cœlimus.

XXXVI. Negat Augustinum loqui de iuramento Dei, quod iste, vel ille sit iustus: sed quod Christus perpetuo sit regnaturus in Ecclesia. Argumentum geminum. Prius quia explicans illud, Usque in eternum preparabo sedem tuam. In eternum ait, regnabit Christus in Sanctis suis: hoc dixit, hoc promisit. Alterum. Quis credit dictorum fuisse, nemo debet cum trepidatione prædicare, fide propria iustitia? Annon fuisse hoc ad iacentiam homines exhortari.

XXXVII. Sed Augustinus Sanctos nominavit, non Ecclesiam. Etsi enim revera idem sit utrumque: tamen, quia promissiones ad Ecclesiam pertinentes nolunt Papistæ considerari in singulis fidelibus, opera pretium est Augustini verba vrgere. Is ergo dixit regnare Christum in Sanctis, id est, in singulis sanctis. Itaque Christus præmisit, Christus habet in nobis sedem suam: adiuncta est sedes eius in nobis, nisi enim sedetur in nobis, non nos regeret: si autem ab illo non regeremur, à nobis ipsi precipitaremur, sed ergo in nobis, regnans in nobis.

XXXVIII. Propriam iustitiam, quamnam, quælo, Bellarminus intelligit: illam ex operibus? Hanc vero si cogitasset Augustinus, prorsus esset horatus hominem ad iacentiam, & quidem inanissimam. Sed non ita bonus ille pater. Imo diserte non secundum opera nostra, sed secundum illius misericordiam. Hæc vero iacentia nulla est. Audi ex serm. 28. de Verbis Domini. Presume non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim salvi estis. Apostolus ait: Non ergo hic arrogantia est, sed fides: prædicare, quod accepisti non est superbia, sed deuotio. Idem Augustinus in tract. 21. Paulus dicit oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi. Et tu tibi audies promittere quia in iudicium non venies? Absit, inquit: ut ego mihi hoc promittere audeam: sed credo promittenti. Saluator loquitur, veritas pollicetur: ipse dixit mihi. Qui audit verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitam eternam, & transitum facit de morte in vitam, & in iudicium non veniet. Ego ergo audiui verba Domini mei, credidi. Iam infidelis cum essem, factus sum fidelis sicut ipse monuit: transi à morte in vitam, ad iudicium non venio, non presumptione mea, sed ipsius promissione.

XXXIX. Bellarminus dicit recte ab Augustino afferi, id posse colligi: sed non explicari, qua certitudine, infallibili-ne, an conjecturali. Potro, se infallibilem dicere, si attendatur fidelitas attendantis: sed, si dispositio colligentis, conjecturalem. Ratio: quia promissio Christi sit conditionalis: non enim absolute dictum. Tu in iudicium non venies: sed qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, in iudicium non veniet. Vrum autem ego verba eius, sicut oportet, audi em, & crediderim, non ipse dixit, sed experientiae meæ, quæ fallax esse potest, credere me oportet.

XL. Sed considerari dispositionem colligentis dupliciter intelligi potest: vel, ut ipsa dispositionis dignitas attendatur: vel, ut tantum dispositio ipsa supponatur: adeo ut conditio vim habeat assumptionis. Prior modo negamus certitudinem esse conditionalis: ratio, quia ea omnino nulla est certitudo. Imo potius desperatio: nemo enim ex meritis suæ dispositionis potest quicquam colligere, præter certissimum exitum. Itaque hoc sensu ne debuit quidem dispositionis meminisse Bellarminus. Altero vero negatur esse conditionalis, quatenus hæc ei opponitur, cui non possit subesse falsum. Non enim potest fidelis, non esse vere dispositus. Est vero nimis impedita, illud, non dixit Christus, Tu in iudicium non es venturus: sed dixit: Qui audit, & credit, non est venturus in iudicium. Ergo vnumqueque fidelem non venturum in iudicium, conjecturalis est certitudo: Quod paulo ante monuimus. Sic enim ex propositione vniuersali, nullæ daretur assumptionis non conjecturalis: quod est absurdissimum.

XLI. Nonus: Bernardus sermon. i. de Annuntiat. Mariæ, Si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, bene facit: sed adde adhuc, ut credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus Sanctus, dicens, Dimissæ sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem.

XLII. In hoc enervando loco moltus est Bellarminus. Primo, concedit intelligi fidem Catholicam, eosque improbat qui fecus. Deinde exponit Bernardum loqui de fide Catholicæ, qua credamus Deum velle nobis remittere peccata, & re ipsa, ex parte sua, remittere, modo conditio impletur: non autem absolute, & sine respectu dispositionis nostræ. Argumenta ei:

primum, Quia eodem loco Bernardus dicat, credendum esse nobis donari merita, & paratam esse vitam æternam. At Epist. 107. & sermon. i. de Seppuage, de vita æterna consequenda spem nos habere, non securitatem. Secundum: quia Bernardo, argumenta sunt validissima, mors Christi, & resurrectio, & ascensio. At hæc valent ad probandum velle Deum ex parte sui remittere. Sed non in particulari, sine vila dispositione, nobis dimittit alioquin omnes homines iustificarentur. Terrium: quia statim doceat, multas conditions ex parte nostri requiri. Quartum, quia addat, credendum esse secundo loco, Deum velle delere peccata, donare merita, & vitam æternam, vt habeamus primo testimonium potentia, secundo testimonium voluntatis.

XLIII. Bene est, quod priorem solutionem impugnet. Habemus enim Bernardum sentire, fide Catholica quemque fidem debere credere sibi remissa esse peccata. Scd hoc quid sit plenius ipse docebit, Neceſſe est, inquit, primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei: deinde, quod nihil prorsus habere queas o, eris boni, nisi & hoc dederit ipse: postremo, quod eternam vitam nullis potes operibus promereris, nisi gratis detur & illa. Hæc tria, quæ pertinere ad fidem illam Catholicam indefinitam, non grauate concedent aduersarij, postquam certis argumentis breuiter confirmavit: Verum hæc quæ nunc diximus, non omnino sufficiunt, sed magis initia, quo adam & velut fundamenta fidei sunt habenda. Et poterat hinc argumentum Bellarminus torque aduersus illam priorem solutionem. Nam si distingueret Bernardus fidem Catholicam ab ea, quæ sibi persuadeat remissa esse peccata: Ergo fidem hanc ille longe præferat fidei Catholicæ, quam illius tantum constitueret initium. Quid est absurdum. Quid? quod initium dicit fidei, simpliciter: non huius, aut illius fidei?

XLIV. Sed, quid ergo Bellarminus tergiueratur? Concedit fidei Catholicæ non posse subesse falsum. Concedit, fide Catholica Bernardum dicere, quemque fidelem sibi persuadere, peccata remissa. Manifesta consequentia. Ergo fidelem credere sibi remissa peccata, ea fide, cui non potest subesse falsum. Aut hoc concedat, necesse est aut alterutrum retractet: vel fidei Catholicæ non posse subesse falsum, vel fidem Catholicam non intellegi apud Bernardum. Quod verum que absurdum.

XLV. Sed quodnam igitur supereft Sophistæ rego? Fidem hanc Catholicam esse qua credimus velle Deum nobis peccata remittere: & re ipsa ex parte sua remittere, modo impletatur conditio, velle remittere, inquit, & hoc sepius repetitum. Sed quo sensu, inquit? An volenter remittere, id est, ex mera sua voluntate: an vero, quæmodo velle quid facere dicimus, quod nondum sit factum: fortasse etiam nec faciendum: sed tantum ad quod prono quodam affectu feramur? Illud almittimus libentes: neque enim putamus vno in uito remitti cuiquam peccata: sed hoc alienum est a nostra controvicia: nec soluit argumentum ab autoritate Bernardi. Alterum vero nimis audacter Bellarminus proficeret, cuius ne tenuissimum vestigium in verbis Bernardi. Ille dixit. Adde adhuc, ut hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Et tubdit, Ita de meritis quoque, si credis non posse haberi nisi per ipsum, non sufficit donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis, quia habes ea per illum. Sic & de vita eterna, habes ne esse est testimonium Spiritus, quo ad eam diuinis munere pertinetur.

XLVI. Hæc Bernardus. Consideremus attentius. Primo credi postulat, non posse haberi aut remissionem peccatorum, aut opera bona, aut vitam æternam, nisi ex gratia Dei. Deinde, credi, donari sibi peccata, habetia se merita: denique se peruenturum ad vitam æternam. Comparantur ergo posse donari, & donari: posse haberi, & habeti: posse peruenire, & peruenire. Nimur res non est difficilis. Nam illa, quæ primo loco ponuntur, indefinita sunt, & pertinent ad omnes homines. Quomodo enim verum, neminem posse oculis vti, nisi per lucem: nec tamen verum omnes vti oculis sic certum, neminem posse ad salutem peruenire, nisi per Christum: & tamen certum, non omnes peruenire ad salutem. Scilicet hoc posteriori aetate significatur. At hic actus nullus significatur, per velle secunda notionem: aliud est enim, Volo ire, volo loqui: aliud, eo, sto. Itaque Bernardum qui afferat in posterioribus axiomatis, nihil aliud dicere, quam Deum velle aliquem saluari, in eplo loquutam fingit. Multo id manifestius in 2. membro. Non satis est, inquit, credere te non posse habere merita, nisi per gratiam: sed oportet insuper tibi à Spiritu testimonium reddi, te habere merita. Quis est tam aures mentis, vt illud, te habere, nihil exponat, quam Deum velle vthaberas, quod tamen actu aut non haberas: aut forte etiam nunquam sis habiturus?

XLVII. Ad argumenta opposita. Agnoscio dictum Epistol. 107. De qua tamen iam percepta (beatitudinem dicit) suum ex parte notitia, interim quidem glorietur in spe, nondum tamen in securitate, sed securitatem ille proculduo intelligit, non certitudinem spei, sed plenam potius fruitionem, quæ non tantum desperationi opponatur, verum etiam omnibus tentationibus, & uno verbo gradibus infirmioris fidei, quæ etsi non cadat, tamen vacillat: etsi non dimoueatur, tamen moueatur variis impressionibus: etsi non diffidat aseccutam, tamen doleat non esse aseccutam: Nam alioquin ildem ipsis locis multus est in fiducia afferenda Bernardus, quod legent patet.

XLVIII. At Christi mors, resurrectio, ascensio, non probant nobis in particulari, sine vila dispositione, remitti peccata. Mitto illud de dispositio ne, de quo sepe dictum. Non valere autem ea argumenta Bellarminus ponit contra mentem Bernardi: nam is diffreret ea profert ad posteriorem questionem, qua docet credendum, cuique sibi donata esse merita: non autem ad illam indefinitam, posse conferri merita. Debuitne Iesuita, adeo manifeste Bernardo contradicere? Verum, inquit, sita esset, omnes iustificarentur. Hoc vero, neque putauit Bernardus, neque ullus Catholicorum concedet esse consequens: quia, vt alias disputauimus, non est pro omnibus efficaciter mortuus Christus, aut rediuius, aut illatus in cœlos.

XLIX. Multas conditions requirent ex parte nostri vt iustificemur, doceri à Bernardo, non debuit Bellarminus tam exiliter dicere: sed plenius explicare. Neque enim aut nos dicimus, nullas conditions à nobis requirent: aut verum est, quæcumque conditions incertitudinem inferre: sed eas tantum quæ supponuntur quidem necessariae, in maiore: sed non a que ponuntur in assumptione. At nōs negamus villas huicmodi in Bernardo inue-

L. In quarto argumento, primo id falsum, positum esse à Bernardo, Deum velle donare peccata: ut in primo argumento. Deinde illud: Vt habemus primo testimonium potentia, secundo testimonium voluntatis: aut ego non capio in Bellarmino, aut non lego in Bernardo. Enim uero quia à sola potentia Dei nullum est legitimum argumentum: necesse est addi voluntatem. Atque hoc sensu verum, habendum nobis esse utriusque testimonium. Sed hoc quid pertineat ad præsentē questionem, viderem non possum.

C A P. XVI.

De amore & odio ex Ecclesiaste: de propitiatio peccato ex Ecclesiastico. De incertis & occultis Sapientia Dei ex Ps. 51.

I. **P**apistarum deinceps erunt argumenta. Primum, inquit, Soto, ac celeberrimum ex Ecclesiastis.9. *Sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei: Et ramen nescit homo, utrum odio, vel amore dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.*

II. Respondeo. Primo misam esse aduersorium importunitatem, qui vniuersale hoc axioma velint singulis applicari capitibus: & tamen non patiantur vniuersalia illa à nobis enumerata longe plura, pertinentia ad certitudinem salutis, cuiquam esse vtilia, nisi totidem syllabis scriptum legat, Ioannem, Petrum, Paulum. Ne hoc ipso satis illi declarant, & vim rationationis, quae ab iis commendatur maxime, à quibus impugnatur: & maiorem sibi esse nostrā sinceritatis confidentiam, à quibus non expectent parias ophismata, parem importunitatem.

III. Secundo, solentes suo more facere, qui ex vulgatae versionis peccatis sua querant commoda. Hunc enim locum esse depravatissimum: adeo ut vix alius dari possit, in quo tam manifesta deprehendatur audacia. Hebraea sic sunt, אֶת־הַבְּחִנָּה בְּרִית־אֱלֹהִים אֲשֶׁר־צָרוּקִים שְׂנָאָה אֵין־וּרְועָה אֶרְמָת־הַכְּלָל פְּנֵי־הַסּוֹתְּחִים. Hac Arias redidit ad verbum, *Quia iusti, & sapientes & seruitia eorum in manu Dei: etiam amorem, etiam odium non sciens homo, omnia ad facies eorum.* Et olim Hieronymus, *Quia iusti post sapientes, & opera eorum in manu Domini.* Et quidem charitatem, & quidem odium, non est cognoscens homo omnia in facie eorum. Alij aliter, quos nihil est necesse enumerare. Sed peccata vulgati interpretis haec. Primum δικαιονότης non potest significare, Et tamen: imo sensus redditur longe alius. Mercerys, *Latine δικαιονότης etiam reperitum, vertendum est tam amorem, quam odium nescit homo.* Secundo, odio vel amore dignus sit, longe aliud est, quam quod Hebraice, *Amorem & odium:* nam dignum nihil est quod significet. Tertio, *infuturū reseruantur incerta, pro ad faciem eorum siue ante eos, vel coram eis.* Quo si quis contendat aliquando significari futurum, tamen & reseruari, & incerta, Hebraice non est.

IV. Hanc peruercionis audaciam Chemnitium queritur Bellarminus dicere factam ad stabiliendum dogma de dubitatione fidei in iustificatione; respondetque antiquum esse igitur dogma de ea dubitatione. Ratio: cum n. antiqua sit editio vulgata, non potuisse deprauari ad stabiliendum dogma recens, & Papistarum proprium. Sequi etiam Hieronymum, qui ex Hebreo sic verterit, egregium fuisse Papistam. Secundo non esse quidem translatum locum ad verbum: sed tamen sensum fideliter & eleganter expressum: sicut omnes eruditos fati: atque adeo Chemnitium, qui neget, hoc ipso impetratum demonstrare & lingua Hebraica, & rationis interpretandi.

V. Mirto Bellarmino in Chemnitium calumniam: non enim ille eum in finem depravatum dixit fuisse locum. Illud certum, hac depravatione abuti Papistis ad confirmandum id dogma, ut aliis multis ad alia. Quid interest autem, utrum ille aliquis tibi errorem subministrarit suum, an tu ex alieno tuum fuisse extundas, fuisse confimes? Nam esse antiquum, possum concede-re, qui sciam antiquam adeo desperationem de remissione peccatorum, ut exemplum repeti possit, non à Iuda tantum, sed etiam à Caino. Autorem vero huius versionis Hieronymum cur concedam, qui hunc videam suam distinxisse, imo separasse? Habentur enim eius commentarij in hunc Solomonis librum; in quibus gemina versio.

V I. Etsi autem in interpretandis sacris libris, quibus totius sunt mysteria, quot vocabula, non facile discedendum sit ab iis ipsis vocibus: tamen condonandum est humanæ imbecillitati, si nullum aliud peccatum esset. Verum expressam fuisse fideliter sententiam, potest Iesuita afferere, cui & nihil in auctum, quod Papisticis erroribus commodum, & iramanis, vel inuaria, vel in sita tum sui confidentia, tum aliorum despiciantia. Interim res ipsa loquitur: erudit etiam testantur: qui, etsi multi hunc locum verterint, tamen omnes iuerunt in aliam partem. Septuaginta, Hieronymus, Pagninus, Arias: ut nostros non dicam, Munsterum, Leonem Iudæ, Tremellium, Junium, Mercerum: denique Genevenses. Horum omnium vel sola nomina, Bellarmini audaciam satis retundent, quoties ille de Hebraice doctis volet iudicium ferre.

VII. Et vero, neminem scire, utrum amore sit dignus, an odio, nego tolerari posse inter sanos Theologos: nisi penitus suffocato peccati sensu: qui, quamvis erit, non patietur quenquam ignorare homines esse odio dignissimos, tum omnes ex naturali corruptione, tum praecipue eos qui in ea proficiunt in deteriorius. Nam, quod Bellarminus audet assertere non loqui Salomonem, nisi de iustis, respōsionem quidem facilem esse illi concesserim: sed ille vicissim debuit agnoscere, non verisimilem: quia ex Hebreorum more, Non est homo cognoscens, vniuersale est enuntiatum, significans, Nemo hominum cognoscit, inepte, si non de omnibus, sed de quibuldam tantum: quamquam ea, qua statim sequuntur, sunt apertissima: in quib. oppositio est iusti & impij: mundi & immundi, omnino à p̄cordiō nō: si non nisi de iustis sermo

VIII. Tertio, cum negatur cognitio amoris, odioque, nego agi de interno vlo testimonio conscientiae: sed de externis coniecturis, ductis ab iis que humanae imbecillitati extrinsecus accident: ut sit sensus, ex statu huius vita non posse concludi, quaequam amari à Deo, odioque haberi. Quod manifestum, ex iis, que statim subiiciuntur. Omnia consimiliter omnibus. censetus unus est iusto & in pio: bono, mundoq; & immundo: sacrificanti quoq; & ei q; non sacrificatis sicut bonus, sic qui peccat: Cis aiuratus, sicut is qui ueraciter timet.

IX. Bellarminus vero eumque secutus Vasques, negat hanc esse Solem-

nis mentem. Et arguit ex iis verbis, *Sed omnia in futurum seruani incerta*. Non n. inquit, post hanc vitam servatur nobis cognitio, an dignus nus-
more vel odio, quantum ad signa praesentium euentorum, sed absolu-
ta si sciret nunc esse nos iustos, & dignos amore, quamvis non sciremus
euentu praesenti, non esset verum omnia in futurum incerta seruari.

X. De serie autem contextus, quo nos argumento vis lumen, responderet, non esse necesse, ut ratio æque late patet, atque ipsa conclusio, quæ ratione probanda est, Solomonem velle probare non posse homines iustos certo cognoscere utrum diligantura Deo: id vero recte probari ex eo, quod si possent id certo cognoscere, maxime cognoscerent ex beneficiis Dei. At beneficia Dei, communia sunt iustis, & impiis, & vniuersæ æque eueniunt iusto, & impio. Ergo beneficia diuina nec odij, nec amoris certa sunt indicia.

XI. Sed Bellarminus falso superfruit. Nam illud in futurum servantur incerta, peccatum est interpretis Latini, ut paulo ante monuimus. Hebraice, **הַבְלֵפָנָה**, *Omnia coram eis*, sive ad verbum, ut Arias, *Omnia ad facies eorum*: Septuaginta τὰ ἀντίκεια τοῖς προσώποις αὐτῶν, quae verba varie sunt à variis explicata. Tigurini, *Ipsa autem, Deo sunt omnia proposita.* Quod non probo; quia, *Ipsa Deo, subaudito est dura.* Iunius repetit negationem & vertit, *Nullam esse expositam ipsis:* quā m commode nescio. Pagninus *Omnium quæ ante eos sunt, quod retinet Ioannes Serranus.*

XII. Ego non puto dari posse exemplum, vbi t^o pro futuro usurperur. Sed quum tempori significando seruit, antecedens indicat, non autem sequens. Genesios 13. planities Iordaeis describitur irrigua per **לְפָנֶיךָ תַּחֲנֹתֶךָ וְאַתָּתָּךְ** Θεόν, antequam subuerteret Dominus Sodomam. Et 27. vt benedicam tibi coram Domino **לְפָנֶיךָ תַּחֲנֹתֶךָ וְאַתָּתָּךְ**, antequam moriar. Et 37. Hi sunt reges, qui regnarunt in terra Edom **לְפָנֶיךָ מֶלֶךְ מֶלֶךְ** πρὸς τὸν βασιλεύσα, βασιλία, antequam haberent regem filii Israhel. Leuit. 18. omnes execrationes **לְפָנֶיךָ בְּסִמְכָן** πρὸς ὑμῶν qui fuerunt ante nos. Nehem. 5. **אֲשֶׁר לְפָנֶיךָ**, Dux primi, qui fuerunt ante me. Multi sunt loci similes. Unde mitam sit hoc vno loco placuisse cuiquam reddi per futurum.

XIII. Sed illud, Non esse necesse, ut ratio & que late pateat, ac conclusio, quid est, aut à qua diale^tica? Nam illa sane naturalis, ab Aristotele tam curiose obseruata, non patitur ex antecedente speciali inferri conclusionem universalem. Itaq; examinemus argumentū, quod Solomoni Sophista tribuit. Si iusti possent certo cognoscere se dignos amore, maxime cognoscerent ex beneficiis Dei. At nō cognoscunt ex beneficiis Dei. Ergo, Concedatur sane propositio. Sed assumptum quā probas? Quia beneficia Dei communia sunt iustis, & impiis: Omnia ne, inquam, an quādam? Nam si omnia, falsum sicutur: quia temporalia duntaxat & externa. Sunt autem interna quādam, & spiritualia, quibus nihil cum impiis commune. An ergo quādam? Tum vero probatur, quod fuit probandum. Etsi enim quādam beneficia cōmūnia fiat, tamen non sequitur ex nullis beneficiis cognosci amorem: cum esset cognosci ex iis, quae non sunt communia. Quare inanis esset Solomoni sapientissimi virorum argumentatio: & similis argumentationibus Ie^tuiticis.

XIV. Vedit Vasques ineptiam: nec obscure suggillauit, *Vix*, inquit, *hoc re-
ponsum intelligo*: tum examinat ex arte Sed ipse: Existimo, inquit, prædictam
rationem non deseruire toti lententia: sed parti posteriori: scilicet huic, *Sed
omnia in futurum feruantur incerta*: hoc sensu: ideo etiam in incertum omnia
astorum opera feruantur, quia videmus iustum & iniustum, aut eodem
modo affligi à Deo, aut eodem modo prospere omnia vtrique eueniēre: ex
quo discentiē minime valemus, quisnam cuiusque stars sit.

XV. Atqui primum, ea secunda pars nulla est in Ecclesiaste: quomodo
go possunt ad eam referri sequentia: An dignum est, propter interpretis te-
tientiam distracti, peruerteri; Sacri contextus seriem? Deinde quorsum id?
am, quam iste secundā partem dicit, ea est aduersatiua: itaque & que late-
ter cum prima;imo oppositum asserit, eius quod affirmative ponebat
tentia, quae in priore membro negatur: *Nescit homo, utrum odio vel amore*
dignus sit: ea pars prima: tū secunda: sed omnia in futurum seruantur incerta.
Quānam illa, inquam, omnia? nimirum utrum odio an amore dignus sit. Hoc,
quām, quare nesciuntur? Quia seruantur incerta. Hoc cum ita sit: quæcū-
le argumenta seruiunt h[ic] secundæ parti confirmant, eadem euertunt
imam. Id est, statuunt nescire ullum hominem, utrum sit dignus odio, an
amore. Quid ergo promovit magnificum Vasquis ingenium?

XVI. Candidior Alphonsum de Castro, cum primis editionibus, hunc im locum putasset apertissimum testimonium, postrema tamē recantata, & agnouit sensum esse, Nemo aliquid horum, sit ne electus, an non scire est ex consideratione rerum externarum, sine proferba sint, sine adverba, quia omnia possunt iusto perinde ac peccatori contingere. Et post, Reiectione ergo illorum, propterea quod dubium est, & non conuenit inter omnes de sensu illius, ret aliunae capiamus testimonia.

XVII. Secundo obiciunt ex Ecclesiastici 5. *De propitiato peccato noli esse metu, neq; adiicias peccatum super peccatum: & ne dicas, Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Et nugatur Bellarmi-
nos eos esse, qui vbi nobis visi sumus Christi iustitiam fide apprehen-
e, nullo deinceps metu tangamur, quamvis adiiciamus peccatum super
catum. Sed haec calumniae plurimum cum habeant, tum argumenti vim
lam explicant. Nos vero canum rabiosorum latratibus iam pridem ob-
luiimus.

XVIII. Ad locum ipsum respondeo, primo esse apocryphum : itaq; nun
in pastiis nos eo vrgeri tanquam canonico. Secundo, non contentire
na Græcis, Περὶ ἐξιλασθεῖσῆς αὐτοῦ γνῶν τὸ πλεονασμόν τοῦδε εἶναι αἴσιον
ἔφαμερτις. Arias verit ad yelbum, *Depropitiatione, ne sine timore sis in
adantia, ad addendum peccata super peccata.* Quæ verba nihil habent alic-
ià vero, cum significant non esse abutendum fiducia remissionis pecca-
ti ad perseverandum in peccatis. Vnde nemo confidere potest, neminem
e certo statuere sibi esse remissa peccata.

IX. Bellarminus & Vasques inanem respondissent esse querelam de
optione loci. Eundem enim esse sensum. Distingui quidem remissio-
præteritam, & futuram. Sed loqui autorem de præterita, non futura,
vero, tamen de futura, tamen manere argumentum. Quod enim non

fimus certi de futura propitiatione, inde fieri, quod nesciamus, an simus habiti spatium praesentandi.

X. Mihī quidem inutilis videtur distinctio præteritæ & futuræ propitiationis: et si alius aliud cordi. Imo non video, quomodo futura dici possit, quæ non possit considerari nisi in Dei voluntate: nisi forte propitiationem nomines, pro vacacione pœnae: quæ nihil est nisi consequens, imo effectum remissionis culpe. Itaque per me quidem ne fatiganto se hac parte Sophista: & à me habeant perinde esse, utramvis intelligas: imo futuram non differre reaſpice à præterita.

XI. Sed eundem esse Latine sensum, qui Græce est, non debuerunt auctoritate, pronuntiare, quæ regnum aliquod in disputando obtinerent. Interea intelligent se falli, dum putant, errorem in eo tantum esse, quod propitiatum peccatum dixit pro ἵξιαν προπίτιαν, ut legi vult Ianuenius. Cum nos constituamus in tota sententia, quæ non timorem seorsim dicit, & seorsim addere peccatis, sed utrumque uno spiritu, *Ne ego sine timore, ad addendum peccata peccatis.* Vnde constat agere, non de qualibet fœcuritate: sed de ea illorum impudentia, qui ex remissione peccatorum occasionem sumunt permanendi in peccatis: quales ii erant quos Apostolus describit ad Roman. 6. *Permanebimus in peccatis, ut gratia anterior fiat?*

XII. Auditio Ianuenium Bellarminus, *Quam lectionem* (illam videlicet De propitiatio peccato) *contra heres nostræ temporis, qua docetur hominem certo credere debere sibi remissa esse peccata, plerique citant, ex ea contrarium ostendere conantes: sed argumento non satis firmo: tum quod ea non sit lectio verior: tum quod dici posset sapientem securitatem prohibere propter recidivum periculum, cui magis conuenit quod sequitur, neque adiicias peccatum super peccatum.*

XIII. Tertio, obiicit Gregor. de Valentia ex Psalm. 51. *Incerta & occulta sapientie tua manifestasti mihi.* Vbi David beneficium illud committat, quod audierat à Nathan, poster. Regum 12. *Transstulit quoque Dominus peccatum tuum: teste Augustino.*

XIV. Respondeo: locum esse manifeste peruersum. Ita enim habet, *In occulto sapientiam docuisti me.* Itaque nihil est, quo incerti quicquam significetur; quod tamen imposuit Augustino. Deinde, sapientia non significat remissionem peccatorum: Bellarminus interpretatur mysteria diuina, secretissima, & occultissima.

XV. Præterea incertum & obscurum dicitur, non quod semper maneat incertum & obscurum: sed quod antequam reueletur, tale est: at cum reuelatur, definit esse tale. Hoc modo Augustinus intelligendus.

C A P. XV.

De Incertitudine propriæ iustitiae, & timore. Dej, eo qui se commendat: & de certa vocatione.

I. In tertium argumentum confero, quicunque loci ab aduersariis sparsum citantur, improbantes confidentiam propriæ iustitiae. Primo illud ex Prou. 20. *Quis potest dicere, mundum est cor meum, purum sum à peccato?* Deinde exempla Iobi, Davidis, Pauli, trium perfectissimorum hominum. Nam si hi (inquit Bellarminus) quorum unus dicebat, *Non reprehendit me cor meum in omni vita mea, c. 27. alius, In innocentia mea ingressus sum,* Psal. 26. tertius, *Nihil mihi conscius sum, 1. Cor. 4.* Si hi, inquam, non audebant sibi certitudinem diuinæ gratiæ arrogare, quis erit ille, qui de propria iustitia non formidet?

II. Iam, non esse ausos sibi certitudinem gratiæ arrogare, probant Iob. 9. *Si venerit ad me, non video eum: si abiicerit, non intelligam: & loquitur de aduentu Dei ad hominem per gratiam, inquit Perierius: Et post, Si iustificare me volero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me cōprobabit: etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Et post, *Vereb. r omnia opera mea, sciens quod non parceret delinquenti, c. 31. Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum Dominus?* Et cum quæferit, quid respondebo illi? Sic Iob. Iam David, Psalm. 19. *Dilecta quis intelligit; ab occulsi meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Denique Paulus, 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificare sum.*

III. Forma erit argumenti: Nemo incertus de propria iustitia, certus est se potest de gratia Dei: at omnes iusti incerti sunt de propria iustitia. Ergo nullus iustus certus est de gratia Dei. Maior supponitur per se cognita: itaque non probatur. Minorem confirmant qui citantur loci.

IV. Respondeo: iustitiam propriam, nomen esse homonymum: sumi enim interdum pro iustitia, quæ est per gratiam, ut 1. ad Cor. 1. Christus dicitur nobis factus esse iustitia: vnde Christianis solenne, Christum agnoscere suam iustitiam: atque inde se iustificari per fidem. Alias, pro iustitia secundum legem: nimis in hanc ratione rationali habitum conformem legi diuinæ: sed hanc rursum vel perfectam, cui peccati nihil sit admixtum: vel inchoatam, quæ peccatum odit, amat legem, & ei subiicitur.

V. Hac supposita distinctione, facilis est solutio. Nam si iustitiam propriam intelligas, illam primam, quæ est per gratiam: negatur minor. Negatur etiam confirmari illis locis recitatis. Nec vero diffitentur ipsi Papistæ, iis omnibus designari iustitiam illam altero sensu nominatam, quæ opponitur peccatis: cum hæc prima opponatur potius reatu, id est, imputatis peccatis: quandoquidem certum sit, etiam supponere peccatum: quod si nullum esset, tum ne esset quidem hoc genus iustitiae. Præterea audimus à Paulo ad Rom. 5. *Vbi autem est peccatum?*

VI. Et vero nos contra scimus, tum omnes iustos certos esse de iustitia sua per gratiam Dei, quod tota hac disputatione contenditur: tum illos ipsos Iobum, Davidem, Paulum: quandoquidem ille certus fuit & redemptorem suum viuere, & se visurum Deum, c. 19. alter certo creditur sibi remissa peccata. Psal. 32. tertius, misericordiam sibi, peccatorum primo, esse factam scit, 1. ad Timoth. 1.

VII. Quod si iustitiam in argumeto sumas secundum legem, sed inchoatam: potest concedi maior: quandoquidem nemini potest applicari gratia, sine vera penitentia: sed rursum negatur minor. Nam & omnes fideles aguntur Spiritu Christi, quem qui non habet, ne Christi quidem est, teste Paulo: & illi ipsi, Iob, David, Paulus, multa dixerunt de sua iustitia: quod nō ignorant Papistæ: atque adeo eos perfectissimos homines appellant. Vnde necesse est.

Tom. III.

saria conclusio est, non posse ullos ex citatis locis ita intelligi, vt negent illi perfectissimi viri sibi ullum esse internum motum ad bonum: quod ne aduersarios quidem sperem negaturos.

VIII. Superest ergo tertia iustitiae acceptio, himirum perfectæ, & quæ sit sine peccato. Hic vero minor prævaricatur. Neque enim ullis sanctis unquam illa fuit dubitatio: imo omnes certo sciuerunt sibi hanc deesse iustitiam, utpote miseris peccatoribus, quibus necessarium fuerit aut de vita æterna deloperare, aut fugere ad remissionem peccatorum. Sed hoc tamen alterius est temporis.

IX. Negatur ergo maior. Et contra verissimum est, ad plenam iustificationis persuasionem necessario requiri, vt se homo sciat esse peccatorem: indeoque diffidat iustitia sua. Sic enim Publicanus ille abiit iustificatus, cum se confessus esset peccatorem: Pharisæus contra. Bellarmini ergo disputatio inepte Sophistica est, minor probans, quæ est extra controvèrsiam: maiorem negligens, in qua est *non negotioper.*

X. Sed Perierius probat: Cum quodlibet delictum mortale impedit iustificationem. Nemini autem certum esse queat, ab omni se delicto purum esse: necessario efficitur neminem quoq; certū esse posse, se iustificatū esse.

XI. Respondeo, peccatum mortale vel illud esse quod Ioannes appellat peccatum ad mortem: vel aliud quocunque peccatum, siue ex idioma Papistico, non veniale: siue ex vsu Catholicæ, cuius stipendium mors est. Prior sensu conceditur maior. Sed negatur minor. Omnino enim pugnant inter se, fides & peccatum ad mortem: quia fides nulla absque penitentia. At peccatum ad mortem omnino penitentiam excludit. Itaq; nullus fidelis peccat peccatum ad mortem. Eo ipso ergo, quod fideles scient se esse fideles, quia sentiunt fidem suam, utrante est disputatum, etiam scient se non peccare peccatum ad mortem.

XII. Altero autem sensu si nominetur peccatum, mortale: tum iustificationem distinguo, vt vel Papistico, iustitia inhærens: vel Catholicæ, gratia Dei per remissionem peccatorum, ut post sumus disputaturi. Si sit iustitia inhærens: tum vel perfecta, vel inchoata. Perfectam iustitiam concedo impediri à peccato quocunque: eo enim ipso iustus non est homo, quod peccet, quodcunque tandem peccatum id sit. Et inde se omnes fideles fatentur esse peccatores, etiam illi quos nobis perfectissimos obtendunt, Iob, David, Paulus. Verum hoc nihil ad Thesim: non enim verum, spem salutis pendere à perfectione inhærentis iustitiae. Imo verum, etiam primos peccatores misericordiam esse consequitos.

XIII. Quod si vel inchoata iustitia designetur, vel gratia Dei: tum negatur id quod audacius supponit, quodlibet delictum mortale impedit iustificationem: prout iam explicatum.

XIV. Quartum argumentum, ab iis locis, qui iubent fideles esse timidos, vel pauidos. Proverb. 28. *Beatus homo, qui semper est pauidus.* Ad Philipp. *Cum metu & tremore, salutem vestram operamini.* Prim. Petri 1. *In timore, incolatus vestri tempore conuansini.*

XV. Respondeo: non omnem timorem opponi certitudini salutis obtinendæ: sed quandam, confirmationi in gratia: & huic timori bene conuenire cum certitudine salutis obtinendæ. Confirmationi in gratia, est status, in quo quis positus, non potest peccare: cuiusmodi status est beatorum, tum Angelorum, tum hominum. Huic statui opponitur status infirmitatis, qui est in hac vita fidelium, qui possunt peccare, immo reaſpice peccant: & tamen oderunt peccatum. Hinc illis timor peccandi, qui opponitur duritiei, apud Salomonem: siue impenitentiae, *Qui abscondeit sceleris sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Beatus homo, qui semper est pauidus: qui vero mentis est dura, corrut in malum. Hunc timorem perpetuum esse oportet: imo est in iis maximus, quibus certissima spes salutis: quia nemo aut æque odit peccatum, aut æque habet cognitam propriæ corruptionis infirmitatem. Vnde sibi omnia tutam timet.

XVI. Isto timore non perimi omnem securitatem, Solomon testatur eo ipso cap. *Fugit impius neminem persequente: iustus autem, quasi leo confidens, abfuge terrore erit.*

XVII. Superioribus locis duos aggiuntinat Bellarminus, quos ego separando cito: quod iis sit alia vis argumenti. Postea ad Cor. 10. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deum commendat.* At certe inquit, qui certitudine fidei sciret se iustum esse, posset utique se commendare: quia sine dubio minime falleretur. Secund. Pet. 1. *Sicut gerit, ut per bona operæ certam vestram vocationem, & electionem faciat.* At si per bona operæ certitudo vocationis quærenda est, certe etiam iustificationis. Si autem certitudo iustificationis penderet ab operibus, non est igitur certus homo de sua iustificatione, mox atque est iustificatus. Tum etiam non penderet ex sola fide certitudo iustificationis: denique, non est certa iustificationis nostra certitudine fidei, quæ infallibilis: sed operum, quæ conjecturalis.

XVIII. Repondeo, in priori oblitum esse, Bellarminum explicare quid sit illud se commendare. Et potest id quidem varie exponi: sed semper tamen conservanda opositione: commendare se, & commendari à Deo: ut intelligatur ille se commendare, qui non commendatur à Deo. Hoc positio, alii expli- carunt, se commendare eum, qui intrudit se in aliquem gradum Ecclesiasticum. Ambrosius, *Verum est, quia illum Dominus commendat, & probatus est, quem dignum habet ac misit ut prædicet donum eius.* Quem autem non mittit, non illum commendat: ipse autem se commendat, qui non missus prædicat & per hoc idoneus non est, sed presumptus & reprobus. Benedictus Iustinianus aliter, *Seipsum commendare id dicitur, qui suas laudes, quasi suas celebrat, nec quicquam Deo, bonorum omnium auctori, tribuendum putat.*

XIX. Vt roris modo intelligas, falso assertur, qui certus est se esse iustificatum, id est, per solam Dei misericordiam iustum: posse ipsum se commendare. Ratio in pompu: prima, quia commendatur à Deo, cuius Spiritu testimoniun habet: altera, quia sibi nihil tribuit, sed omnia gratia Dei. Itaque argumentum inde Bellarmini nullum.

X. In altero, primum nego Petrum docere, querendam esse vocationis certitudinem ex bonis operibus: longe enim est aliud firmare per bona opera facere. Hoc enim est confirmare: quod usurpat non semper de re que primo sit incerta: sed etiam de ea, quæ est primo & per se certa sit, tamen complementum sui expectat: quomodo infinitis locis Deus dicitur confirmare fædus suum. Ad Rom 15. *Et secundum prophetam, ut confirmaret promissiones Patrum.* Inde Marci 16. *Et Kυριος των επιστευμάτων τηλόγοι βιβλίων: Domino cooperante,*

rante, & sermonem confirmante, Inde ad Philip. 1. *et sic erat etiam dicitur,* in confirmatione Euangelij. Sic confirmabitur etiam vocatio, non ut quae incerta erat, fiat certa: sed, ut, quae certa est, eius certitudo ostendatur signo proprio, nempe bonis operibus. Quod si ne vocationis quidem certitudo penderet ab operibus, certe multo minus ipsius iustificationis.

XXI. Secundo absurdum est consequentia, si confirmetur operibus vocationis, confirmari etiam iustificationem. Nam vocationis quidem distinguitur in efficacem, & temporanam: itaque ratione quadam potest dici confirmari, cum efficitur, ut constet esse efficacem. At iustificatio non est gemina, sed unica & simplicissima: nec unquam nisi vera & certa: itaque non opus habet confirmari. Falsum igitur, pendere eius certitudinem ab operibus.

C A P. XVI.

De promissionibus hypotheticis: Vtrum sit certum, eos qui agunt penitentiam, aequi remissionem. Et de certitudine predestinationis.

I. Illi mihi loci occurrerunt à quibus videtur Papistarum conclusio directa: Nunc enim obliqua & per consequencias paulo remouiores. Esto igitur quintum argumentum ab hypotheticis promissionibus. Nusquam enim inquit Perenus, diuina Scriptura absolute promittit hinc vel illi remissionem peccatorum, sed adiuncta semper conditione, si dignam egerit penitentiam, vel serio & ex animo conuersus sit ad Deum. Et hoc probant Deuter. 4. Cum quiesceris ibi Dominum, inuenies eum: si tamen in toto corde quiesceris eum, & in tota tribulatione anima tua. Poster. Paralipom. 6. Si conuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, tu exaudies de cœlo, dimittes populo tuo, Isaia 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere: quarite in iustitiam: & venite, & arguite me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, sicut nix dealabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, sicut lana alba errunt. Ezech. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet. Ioan. 13. Vos amici mei eritis, si feceritis quae propræcito vobis. Luc. 3. Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. A&t. 8. Si credis in toto corde, licet.

II. Hoc posito, bis assumunt. Primo, Neminem certum esse posse, praesertim certitudine fidei, se toto corde conuersum esse ad Dominum, & fidem ac penitentiam habere, qualis requiritur. Hoc probant: quia in nulla Scriptura testimonium huiusmodi inueniatur de fide & penitentia nostra in particulari. Igitur nemo certus esse potest, certitudine fidei, sibi remissa esse peccata.

III. Secundo Lorichius assumit: at etiamsi aliquis implet omnia, tamen iussit eum Christus dicere, scilicet seruum inutilem. Ergo nemo potest sibi certa fiducia polliceri beatitudinem.

IV. Respondeo, de hypothesi & posse fusi disputari, & nonnulla esse iam dicta: sed nunc admitto, hac conditione Deum remittere peccata, ut vere conuertantur homines à peccatis; & subiiciant se legi, canique obseruent dum tamen nemo ita interpretetur, ut aut præcedat hæc conditio remissionem peccatorum, sive iustificationem, aut sit exacta, & in nullo deficiens. Nam utrumque hoc est alienum à natura Gratiae diuina per Christum. Dimitunt enim peccata, etiam antequam quicquam boni sit præstitum, ipso saltu Baptismo: & post remissa peccata, nemo tamen perfecte implet legem.

V. Hoc igitur posito, dico, immerito negari ab aduersariis quenquam posse esse certum certitudine fidei, scilicet toto corde conuersum esse. Enim nemo potest id doceri, quod non potest sciri. At docentur fideles, conuersti ad Deum toto corde suo. Ergo oportet etiam fideles id ipsum scire posse. Tum autem, si non possunt scire, ne possent quidem scire se credere toto corde. At qui hoc possunt scire, ut nos probauimus: ergo & illud.

VI. Atqui, inquit, nulla Scriptura reuelavit. Quid, inquam? Abel aut Enoch, aut Isaacum credere? Esto. Sed quomodo? An quia non totidem syllabis dixit? At non, eadem non dixit totidem verbis, eisdem factos ad imaginem & similitudinem Dei? An igitur verum, necesse Abel, Enoch, Isaacum esse? Cos esse ad similitudinem Dei? At quis unquam audiuist, quod de genere certum est, de specie, siue de individuo incertum est? Imo nulla dari potest maior importunitas, ut dicam mollissime.

VII. Lorichii consequentia negatur. Nam antecedens non pertinet ad certitudinem, sed ad meritum. Itaque recte conclusio erat, neminem mereari beatitudinem. Sed si nemo mereatur, non sequitur tamen neminem certum esse de gratia.

VIII. Sextum argumentum, erit ex iis locis qui indicant incertum esse an qui agit penitentiam, consequatur remissionem. Daniel. 4. *Forsan ignorat Deus delictis tuis.* Iocel. 2. & Ioan. 3. *Quis scit, si conuertatur, & ignorat Deus?* Act. 8. *Penitentiam agere ab hac nequitatu tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi.* Hos locos Bellarminus pronuntia significare incertitudinem remissionis; non facere tamen dubias promissiones Dei, quibus promisit vere penitentibus indulgentiam: sed respicere incertitudinem nostrę dispositionis. Vnde cunque a. veniat incertudo, temperare probare, non debere hominem ita esse fecurum, ut non semper à Deo petat fieri penitentiam, & peccati remissionem.

IX. Atqui primum, in conclusione mutatur quæstio. Nam & nos concedimus hanc, quam adstruimus certitudinem, talem esse, quæ petat à Deo perpetuū pteccibus seriam penitentiam, & remissionem. Quandoquidem certum, non tantum non posse ad penitentiam venire, sed neque in ea perseuerare, nisi Deus dederit: & certum rursus nos quotidie addere peccata peccatis. Tum autem, quia remissionis peccatorum finis est liberatio à miseria, cui sumus tota hac vita obnoxii: semper oportet precari remitti nobis peccata, donec illa plena liberatio aduenierit: unde illud Petri, Act. 3. ut delectetur peccata vestra, postquam venerint temporare frigorationis à confortu Domini. Si ergo nihil aliud ab his locis concluditur, pax esto.

X. Secundo, siverum, reuocari his phrasibus in dubium: dispositionem humanam: non vero ea posita, certitudinem consequentia: ergo nihil ex phrasibus pertinent ad presentem controversiam: Nam hæc ita disputat de certitudine salutis, ut supponat salutem non quorumvis hominum, sed sive-

lium. Enimvero, quomodo omnibus certum, nullam esse salutem iis, quos esse impenitentes certum sit: ita nemo ignorare potest incertam esse salutem, iis quos esse penitentes incertum est. At fideles esse penitentes nunquam est incertum. Non potest ergo illis esse salus incerta.

XI. Septimum argumentum, ex ad Rom. 11. *O altitudo dñi iiarum sapientia & scientia Dei! quā inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius. Et quis nouit sensum Domini? aut quis consiliarius ei fuit? Quamvis hæc altitudo secreti (inquit Bellarminus) præcipue respiciat causam, cur Deus unum eligat, alterum non eligat: tamen indicat etiam non posse scire, sine reuelatione, quem Deus elegit, & quem non elegerit. Nam ex hoc ipso, quod ignoramus, quid moueat Deum, ut hunc potius quam illum eligat, & in eius voluntatem rem totam referre cogimur: intelligimus non posse alia via cognosci quem eligere, & quem non eligere voluerit, nisi per reuelationem specialem, qua suam ipsa voluntatem alicui manifestare dignetur.*

XII. Respondeo, verissimum esse non posse cognosci quem Deus eligere voluerit aut non, nisi per reuelationem specialem. Itaque nihil argui contra Thesin. Nam dico cuique fidelium peculiariter reuelari hoc ipsum tantum arcanum: nimis, per ipsa effecta: quomodo amat fieri in omnibus arcans prouidentia. Hæc enim duabus modis cognoscuntur, vel per verbum, vel per eventum. Incertum erat quis post Saulem futurus esset rex Israel: id Deus verbo reuelauit, cum iussit Samuem vngere Dauidem. At non sic reuelatum fuit, quis Iulio Cesari in Imperio Romano successurus erat: reuelatum tamen: sed alio modo: nempe ipso facto: quia axioma est vniuersale, Non regnare regem nisi à Deo. Fuit prædictum Petro mortis genus, quo Deum erat glorificatus. At infinitis aliis martyribus minime: qui tamen eo ipso quod se ad martyrium vocatos viderant, non dubitarunt ita fuisse apud Deum statutum, vnde Petrus 3. 1. *Melius est, ut bene agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiantur, quam male agentes.*

XIII. Hoc prorsus modo iudicandum dico de his tantis prædestinationibus ad salutem arcans. Sunt enim electi ad vitam æternam, quibus dignatus est Deus peculiariter testimonium exhibere suæ electionis: puta Abrahamus, Isaac, Jacob, Paulus: sunt contra quibus ipsa vocationis efficacia pro omni testimonio est. Et dico non minus certum fuisse Æthiopem illum esse electum à Domino in vitam æternam, ex eo quod credit: quam ipsam Candace eius dominam, certam esse potuisse se à Deo destinatam regno Æthiopum, ex eo ipso, quod Æthiopibus imperaret. Quia non minus sit destinatorum salutis, credere toto corde, quam destinatorum regno, imperare.

XIV. Porro hoc implementum appellari merito potest reuelatio: quandoquidem ex eo reuelantur ea, quæ erant arcana. Vnde ab Apostolo dicitur *Spiritus omnis regnus:* atque testimonium est genus quoddam reuelationis. Sed & specialis est reuelatio: quia, et si ratio reuelandi sit communis omnibus fidelibus, tamen actus ipse singulis est proprius: neque enim eadem numero reuelatio, qua Æthiops sensit se adoptatum, communis fuit Proconsuli Sergio. Itaque quot persona sunt, totidem esse oportet actus reuelationis: id est, totidem numero reuelationes. Vnde & cuique sua est, & propria.

C A P. XVII.

Rationes Bellarmini, & Gregorii de Valentia.

I. Sequitur alias ordo rationum. Prima est apud Bellarminum: quam sic dispono: *Quicquid est certum certitudine fidei, id vel in verbo Dei continetur immediate, vel inde deducitur per evidenter consequentiam.* At hæc propositio: *Talis, puta Augustinus Hippensis Episcopus, est vere iustificatus, neque est in Verbo Dei immediate, neque inde deducitur per evidenter consequentiam.* Ergo hæc propositio non est certa certitudine fidei. Maior ponitur: *tanquam verinque confusa.*

II. Minor probatur. Nam immediate, id est, totidem verbis non contingi, per se est manifestum, quandoquidem Augustinus in Scripturis ne nominatur quidem vnuquam. Non deduci per evidenter consequentiam, probat, quia si deduceretur, ergo per hanc formam, Scriptura testatur omnes vere conuersos ad Deum, & penitentiam serio agentes, gratiam obtinere. At mihi euidens est mea vera conuersio, & seria penitentia: ergo mihi certum est, certitudine fidei, me gratiam obtinuisse. At non deducitur per hanc formam: ergo non deducitur euidenter.

III. Non deduci per hanc formam probat: quia eius assumptio non solum falsa sit, sed etiam impossibilis. Hoc probat. Primo, quia, *Praeum est cor hominis, & inscrutabilis: & quis cognoscet illum?* Hierem. 17. Deinde, quia res ipsa multi falluntur, qui se putant habere, quod non habent: ut Petrus se paratum esse ad carcere, & mortem: Paulus etiam, quem fureret in Christianos, se flagrare Dei amore: tum nemo sit, qui non laboret ignorantia aliqua non tantum probabili: sed etiam crassa. Tertio, quia nulla sint clariora signa veræ conuersionis, & gratiæ iam adeptæ, quam opera charitatis, & praesertim si quis animam pro Deo ponat: at hoc ipsum esse signum fallax constet, tum ex 1. ad Cor. 13. tum experientia: quia hæretici pro defensione perfidiæ suæ mortem libenter opprant.

IV. Respondeo, Verbum Dei nominari, vel lata notione, quicquid Deus reuelat hominibus: vel strictiori, quicquid reuelatum est olim Ecclesiæ, & ab eius initio. Deinde enuntiatorum credendorum, alia esse vniuersalia; quæ ab omnibus tenenda sunt: alia particularia, quæ à singulis duntur, utpote, quæcumque pertinent ad indiuiduam applicationem illorum vniuersalium. Concedo igitur, quæcumque credenda sunt certitudine fidei, ea debere inniti Verbo Dei: quia nimis humanae coniectura non possunt vnuquam hanc certitudinem aequi. Sed nego omnia singularia aut contineri immediate verbo illo olim reuelato & ab initio Ecclesiæ, aut inde deduci sine Spiritu applicatione.

V. Exceptio enim legitima est eorum enuntiatorum particularium, quæ alio principio nituntur: sed etiam semper diuino; ac proinde Verbo Dei: scilicet illo interno testimonio Spiritus, qd Paulus expressit, ut paulo ante docuimus. Spiritus aiebat, *omnis regnus:* testimonium reddit nobis, vna cum Spiritu nostro: & alia in eam rem. Hoc dico esse Verbum Dei, & ita appellari in Scripturis: in quibus reuelationes illæ, quæ siebant Prophetis, per internum & arcanum motum spiritus, perpetuo appellantur nomine Verbi Dei: nec differebat ab ista energia, nisi modo: quia nimis in Prophetis erat extra-

extraordinarius: at in fidelibus, ordinarius: quia, qui non habet Spiritum Christi, is non est cius. Ergo ab ista vi Spiritus pendet quicquid ad particulare applicationis: quemadmodum ab experientia constant in aliis scientiis, quæcunque assumptiones sunt eius ordinis: vt Hominem esse animal, ratione docet physica scientia, sed Petrum esse hominem, experientia euincit. Sic, qui credat in Deum, habere vitam aeternam, docet Verbum illud olim reuelatum: sed Paulum credere, inde nec habuit, nec habere potuit Paulus, sed a sensu suo, id est, experientia, quæ erat ab internis motibus Spiritus.

V I. His positis, manifesto falsam esse dico primi assumptionem Syllogismi: & hanc propositionem, Augustinum esse iustificatum, constare Augustino ex Verbo Dei: idque dupliciter, primum ex illo Spiritus motu: deinde ex Verbo etiam illo olim reuelato, nempe per eudentem consequentiam. Nam ex vniuersalibus enunciationibus fatentur omnes deduci evidenter particulares. Exempli gratia, ille ipse Augustinus Hipponensis detur Episcopus: Huic dico certissimum fuisse hoc enunciatum, Augustinus fuit creatus a Deo Pare per Filium: & quidem certitudine illa fidei Catholice, quam nunc urgunt Papistæ. Nimirum, quia hac eadem certitudine verum est, *Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Ioan.

V II. Quod ut sit magè perspicuum, aduentendum est in omnibus scientiis, demonstrationum partes posse vario modo certas esse: alias enim utramque niti aliis theorematis communibus: alias tantum alterutram duntur, reliquam ex hypothesi, sive statu questionis. Sed conclusionis certitudinem tamen eandem esse cum certitudine Theorematum. Exempla dabo familiaria. Esto syllogismus: Omne Triangulum habet omnes suos angulos, æquales duobus rectis. At Pentagonum non habet omnes suos angulos æquales duobus rectis. Ergo Pentagonum non est triangulum. In antecedente utraque propositio demonstrabitur, similiter ex variis theorematis vniuersalibus, quorum certitudo est Mathematica: ideo nemo dubitat, conclusionis etiam certitudinem esse eidem Geometricam. Nunc vero, esto alius: Omne Pentagonum habet suos omnes angulos æquales sex rectis. At hæc figura nunc proposita est pentagona. Ergo eius anguli omnes sunt æquales sex rectis. Hic iterum dico conclusionem esse certam certitudine mathematica: et si sola maior demonstrabilis per communia Theorematata: minor autem ex hypothesi tantum. Nimirum, quia hæc ipsa hypothesis est Mathematica. Tum, quæ pars controverti poterat (nam hypothesis nuncquam) eius certitudo est à demonstratione. Similiter in Physicis: Omne compositum est dissolubile: At omne corpus est compositum: ergo dissolubile: utraque antecedens certa, ex principiis. At, omne compositum est dissolubile: Petrus est compositus; ergo dissolubilis: assumptione certa per hypothesis. Et tamen vtrique conclusio physica.

VIII. Ad eandem rationem nostram rem esse dico. Quicunque vere conuersus ad Deum, assequetur vitam aeternam. At Augustinus vere conuersus est ad Deum. Ergo Augustinus assequetur vitam aeternam. Maior certa est ex certitudine fidei: quia constat ex Scripturis. Minor ex hypothesi vera, itaque controverti non potest. Quare conclusio necessaria est, & eudenter deducta e Scripturis: itaque tenenda eadem certitudine, cum maiore propositione. Quia conclusionum eadem veritas, quæ principiorum.

IX. Bellarminus hanc assumptionem, atqui mihi evidens est mea conuersio, & serua paenitentia, negavit esse certam: quin potius dixit esse impossibilem. Sed nos contra certam esse dicimus: & quidem non ex hypothesi tantum: sed ex principiis Theologicis, æque ac maiorē. Pendet enim ab interno sensu, id est, à Spiritu Sancti testimonio, signaculo, arra, quibus omnibus nominibus et sensus honoratur in Scripturis. Itaque hic est syllogismus: Quisquis sentit intra se motus veros Spiritus Sancti, is est vere conuersus ad Deum. At Augustinus sentit hos motus: ergo vere conuersus est ad Deum. Siue ita malit Bellarminus: Quisquis habet testimonium, signaculum, arram Spiritus Sancti: is eudenter nouit se esse vere conuersum. At Augustinus id habet testimonium: ergo Augustinus eudenter nouit se conuersum. Rursus hæc conclusio est certa ex principiis Theologicis: si certa minor. At hæc rursus certa ex Scripturis: Omnis fidelis habet hoc testimonium. Augustinus est fidelis: ergo habet id testimonium. Maior est ex Paulo ad Rom. 8. Minor est ne incerta? At qui primum oportet esse certam: ex hypothesi quidem nobis de Augustino disputantibus: At ipso Augustino, cuius interest; ex eodem illo interno sensu, quem esse diximus principium Theologicum, & efficacissimum. Itaque conclusionem oportet utriusque esse certam, ex principio Theologicis.

X. Bellarminus contra arguit, sed ita ut nihil sit magis sophisticum. Prima illi ratio: Quia prauum est cor hominis, & nemo illud cognoscit. Imo, inquam, non hominis sine exceptione. Nam Psalm. 7. *Iustum adiutorium meum à Domino, qui alios facit rectos corde.* Et 35. *Pretende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recti sunt corde.* Et 63. *Laudabatur omnes recti corde.* Nimirum loquitur est Propheta de homine per peccatum deputato: at nos disputatione de homine per gratiam restaurato. Itaque argumentum est contra hypothesis: concludens de alliis, cum de ceteris sit propositum.

XI. Multos falli, qui putent se habere, quod non habent, concedo. Sed eos, qui fidem habent, nescire se hanc habere: & cum sentiunt se habere, tum falli, hoc vero non tantum falsum, sed etiam absurdissimum. Fallebatur Petrus, cum se pollicebatur iturum ad mortem: at non fallebatur, cum dicaret, *Nos credidimus, & nouimus te esse Christum illum Filium Dei viventem,* Ioannis sexto. Nimirum id signum est imperfecta conuersio: at non falsum. Nos autem non perfectam supponimus, sed veram: ut alias monimus. Paulus si de ceteris fuit in censendo suo zelo, ante conuersionem: at non deceptus fuit, cum dicaret, *Neque vita mea mihi ipsi cara est.* Acto. 20. Habere etiam quenque fidelem, aliquid ignorantiae, non est negandum: quis enim nescit, habere etiam aliquid peccati? Nam id nos pridem disputauimus: Sed in certam propterea esse fidem, aut non cognitam conuersionem, falsum. Vnde ille clamabat: *Credo, Domine: subueni incredulitati.* Et Apostoli: *Ad augen nobis fidem.* Certe, qui postulant augeri suam fidem: eo ipso testantur, & se habere eam fidem: & se certos esse se habere.

XII. Nulla esse clariora indicia conuersionis, quam opera charitatis, falsum est. Nam iis longe certior ipsa charitas, quæ est interna: & quam dif-

ferric ab iis operibus, quæ Bellarminus, tanquam maxima nominat, ipse ostendit Paulus, à quo videri vult habere, quæ habet. Is enim disertus: *Si insinuam alendis egenis omnes facultates meas, & si tradam corpus meum ut comburi ror, charitatem autem non habeam, hoc nihil mihi proficit.* Et sane fideles, cum se examinant, non consistunt in his externis operibus: quæ sine dubio fallacia sunt, ut ponit Bellarminus: sed parent Apostolo, monenti, *Vos ipsis tentate, an non sitis in fide: vos ipsis probate: annon agnoscitis vosmet ipsis videlicet Iesum Christum in vobis esse?* Poster. ad Corinth. 13. Itaque concedimus haereticos mortem obire: sed quis de haereticis contendit? aut quæ ratio fert, ut quia haereticī falluntur, ideo concludat quis, Fideles cæco ferri impetu? Quasi, quia cæci palpent, ideo Lynceos cæctitare oporteat.

X III. Secunda ratione probat Bellarminus, neminem teneri certo credere certitudine fidei, sibi remissa esse peccata. Hoc bis probat. Primo, nullum eiusmodi articulum in vlo Symbolo fidei continet: aut Concilia canone. Iustinianus similiter: ea, quæ diuina fidei certitudine credenda sunt, fidei præcepto comprehenduntur. Quis vero ante istos pseudomagistros Euangelicos hoc præceptum excogitauit vñquam, quo iusti fidei diuina credere compellantur se iustos esse? Secundo: Si eiusmodi aliquis esset articulus fidei: ergo quicunque peccaret, quoconque genere peccati mortalisi, esset haereticus: & nullus peccator esset in Ecclesia. Ratio, quia, dum quis peccat mortaliter, non potest credere se esse iustum.

X IV. Respondeo, verum esse contra, omnes fideles teneti credere certitudine fidei, sibi esse remissa peccata: quandoquidem fidei obiectum sit Deus misericors; ac proinde remissio peccatorum: Adeo ut, quomodo qui non credit Christum esse suum mediatores; sic & qui non credit sibi petrum remitti peccata; non sit Christianus. Itaque Bernardus negabat esse satis, si quis credit possit obtinere remissionem peccatorum: esse enim id tantum initium fidei: sed addendum esse præterea, credere sibi remissa esse peccata.

X V. In priori argumento negatur id, quod pro certo sumitur, nullum esse in Symbolo hac de re articulum. Et mirum est, hos tantos magistros, qui nos audent Pseudomagistros dicere, tam esse cæcos, ut non videant, quid illud sit, *Credo remissionem peccatorum:* si non esset certum, magistros mendacii nihil videbant. At nos, quomodo scimus debere quenque credere certitudine fidei, se esse creatum à Deo: & Christum esse suum redemptorem: & se resurrectum, quia diserti sint articuli? Credo in Deum creatorum. In Filium eius vñigenitum, passum & mortuum: Credo resurrectionem carnis: et si aliquin vñiuersaliter concepti: sic scimus vnumquemque fidelem debere certitudine fidei credere, sibi esse remissa peccata: quia articulus sit: Credo remissionem peccatorum.

X VI. Imo, inquit, Bellarminus, is articulus significat in Ecclesia dari Baptismum in remissionem peccatorum. Esto, inquam. Nam & illud, credo resurrectionem, significat in Ecclesia esse spem resurrectionis. Quid ergo? Vñ tu Bellarmino; ita profiteri, in Ecclesia hanc spem esse, ut tu tamen incertum habeas te resurrectum? Quod si est absurdum: ergo vides, non si in Ecclesia sit remissio peccatorum, ideo nulli priuato applicandam. Imo vrgo te. Dixisti enim, dari remissionem in Ecclesia, Quid illud est dari? Tu videris: quo sensu possis excusare: sed nos credimus, nemini dari, si nemini applicetur. Credimus dari per baptismum, signifiicare, dari baptizatis: hos a. esse aliquos individuos: non trahelaphos nescio quos in aere incerto voluntates. Itaque libenter auscultamus Paulo, ad Rom 7. *An ignoratis, nos, quotquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius esse baptizatos?* Sepulchri igitur sumus una cum eo, per baptismum in mortem. Vnde concidimus: illud, I. Ecclesia datur per baptismum remissio; non significare, datur in Ecclesia, nec tamen scit quisquam cui detur: quomodo facit ludiones multis presentibus cæcis dicunt: Do vobis spem, ut inter eos examen excite audientes ducam, nescientes cui: sed significari, dari in Ecclesia, id est, cuique fideli. Vnde Petro dictum 1. 1. *Scientes vos esse redemptos non auro & argento, sed pretioso sanguine agni immaculati.* Clare & diligenter, scientes vos esse redemptos.

X VII. In secundo argumento, absurdissima est consequentia: & eius ratio futilissima. Quia de iustitia agat inhærente; quæ non significatur per remissionem peccatorum. Certe enim nemo fidelium tenerit credere se esse iustum, id est, sine peccato. Imo, contra teneat credere se esse iniustum, id est, non sine peccato, alias enim nulla cogitari potest remissio peccatorum.

X VIII. Tertia ratio negat expedire, ut homines habeant ordinarię certitudinem de propria gratia. Hoc probant ab incommodis consequentibus. Primo à superbia. Nam ut Augustinus ait libri de Corrupt. & Gratia c. 13. *In hoc loco tentationis tanta est infirmitas, ut superbiam possit generare securitas.* Et Gregorius 9. Moral. c. 7. *Si scimus nos gratiam habere, superbimur.* Et Luca 18. parabolam Pharisæi & Publicani docet, eos, qui se iustos esse confident, facile se ceteris anteponere. Secundo à desidia & somnolentia. Est enim, inquit Alfonso de Castro, propriæ iustificationis certitudo, prescribit viris imperfectorum, occasio desidia, & somnolentia, & orositatis.

X IX. Nos contra existimamus Deo soli optime esse cognitum quid expediat, quid minime. Sophistas posse multa hinc inde *μεταφυσικα* corrugare: quibus infirmiores detercent: quomodo olim athei criminabuntur, doctrinam de immensa Dei in peccatores misericordia, inferre confidentiam in peccando: & doctrinam prædestinationis, Deum arguere in iustitia. Existimamus rursus contrariam doctrinam vere incommodis esse obnoxiam: ut pote minuente, extenuanteque beneficium redemptionis: fidei vim funditus tollentem: pacem apud Deum expungentem: & testimonium Spiritus, sigillum, arrhabonem, commutantem in meras nugas, & Centauros & Tragelaphos: mera somnia: quibus incommodis nos vere oportet moueri.

X X. Ceterum notemus vñrè substitui homines, pro fidelibus. Nam eti fideles omnes sint homines, ramen non omnes homines sunt fideles. Itemq; nimis indistincte loquitur, qui hominibus promittat eam certitudinem: nos consideratus, qui tantum fidelibus. Hoc posito, negatur utraq; consequentia. Negatur, inquam, ex hac certitudine salutis sequi vel superbiam, vel socordiam. Nam hoc si est, tum nemini oportet vñquam hanc certitudinem reuelatam. At fatentur Papistæ ipsi quibusdam reuelatam. Nos ergo concludimus, non esse hoc necessarium incommodum.

XXI. Enim vero facetus est hoc loco Bellarminus. Prauidet, inquit, Deus hos paucos sic in charitate radicatos, ut non sit illis ab hac elatione peritulum: quod tamen infirmioribus & imbecillioribus cœnire posse cognoscit.

XXII. Optime sane nam Deus, si forte aut in multitudine turbatur, ne in multis præuidet, quod in paucis: aut numero obtutus, ne qui in paucis efficaciter agit ne efferantur, in omnibus non possit. Et non tædet Sophistum? Et non pudet imposta turum? Longe consideratus Ethnici, qui eti fum Achilem fixerint & reuertantur, tamen non quam sic elatum, ut arna non optima indueret. Atqui sciunt Christiani, & Spiritus in fidibus inditum, esse Spiritum ut non timoris, sic neque temeritatis, aut insolentiae. Et vero parabolam Pharisæi nihil docet simile: nam ille profecto non erat certus de sua iustificatione: sed præsumebat de sua iustitia. Itaque quod Augustinus, quod Gregorius, reliquit scriptum, aut est & 10. 10., aut intelligendum de iis, qui non per Spiritum, sed per propriam præsumptionem, hanc sibi persuasione induerent.

XXIII. Longe vero absurdius illud de socordia. Nam quemadmodum homo illa ipsa vita, quam sentit se vivere, incitat ad vtendum iis mediis, quæ instituta sunt ad vitam sustentandam: ita omnino fidelis, ea ipse fide, qua certus est se esse iustificatum, fertur in omnes partes eiusdem fidei: ideoque tanta est diligentior, quanto magis per eam fidem certus est. Itaque Paulus dicebat, *egregia & insensibilis con cœnigra vobis, prout misericordiam consequi sumus, non negescimus.*

XXIV. Quarta ratio probat hanc certitudinem non esse communem omnibus fidibus: triplici argumento. Primo: quia paucis quibusdam reuelata fuerit, Moysi, Virgini, Paulo, Antonio, Francisco, Gallæ. At si esset universalis, non necesse erat reuelari paucis. Secundo, constat quosdam, alioqui perfectissimos, in obitu suo non mediocriter trepidasse. Scilicet Hilarionem, teste Hieronymo, dixisse. *Egedere anima mea, quid times? egedere, quid trepidas?* Septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times? Tertio, quia ii, quos in hereticis hodiernis Papistæ numerant, inter se dissentunt: vnde necesse est aut omnes, aut certe aliquos falli: cum tamen omnes hanc certitudinem doceant.

XXV. Respondeo ad primam. Omnibus fidibus reuelari hanc certitudinem, ut antea explicatum est, sed paucis interdum peculiarem esse reuelationis modum, nimirum externum, &c, ut ita dicam, vocalem. Non sequitur autem, si communis sit omnibus interna reuelatio, externam esse quibusdam inutilem. Maxime cum haec utilitas non à natura rei pendeat, sed à voluntate diuina, qui quo vult modo manifestat se suis. Sic eti per interiorē efficaciam Spiritus vocentur omnes fideles, per ordinarium ministerium, tamen quidam sunt extra ordinem vocati. Quod attinet ad exempla harum reuelationum, nihil opus est singula discutere: esto illis tanta fides, quantum merentur autores.

XXVI. Ad secundum, trepidasse Sanctos non negem: ast id non significat fuisse incertos, sed luctatos cum sensu carnis, & diaboli tentationibus. Alioquin enim certitudinis eorum haec ipsa lucta, locupletissimum exhibet testimonium. Nego enim quicquam possi dici confidentius, quam verba illa sunt Hilarionis apud Hieronymum. Potest-ne enim argui timor, ab eo cui nulla certudo, nulla fiducia est? Atqui haec verba acerrime timorem argunt. *Quid times? quid trepidas? & mortem times?* Nam his aut nulla est vehementia: aut haec est contra officium fidelis animæ esse trepidationem in morte.

XXVII. Ad tertium, concedimus non paucos eorum, qui veram doctrinam ore scriptisue propagnant, non sentire eiusdem efficaciam: quia multi sint, qui dicunt, Domine, Domine, quos tamen Christus non nouit. Sed quomodo non sequitur, propterea nullos vere credere: ita nemo legitimate concludat, qui vere credant, non sentire hanc certitudinem. Singulorum ergo conscientiam Dei iudicio Bellarminus relinquit, de Theſi ipsa disputato: & hoc unum habeo pro omnibus: si qui falluntur, dum se putant securos esse, hos non esse fideles, quicunque tandem sint: nam si essent fideles, tum illi seruandi essent: itaque non eos falleret spes sua. Quod si non sint fideles: ne ad nostram quidem disputationem pertinent.

XXVIII. Quae sequuntur rationes, huc translatæ sunt ex quæstione de Certitudine Prædestinationis. Esto igitur quinta. Scriptura hortatur omnes fidei es ad timorem. Ad Rom. 11. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time ne forte & tibi non parcat. Prior. ad Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Ad Philipp. 2. Cum timore & tremore saltem vestram operemini. Apocal. 3. Tene quod habes, ne forte alius accipiat coronam tuam. Secund. Ioan. Videat ne perdatis, quae operati es sis. Psalm. 2. Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore, Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via.

XXIX. Respondeo, alium esse timorem, aliam vero incertitudinem gratia Dei. Nam & qui certissimus erat Paulus, tamen subiiciebat carnem suam, ne reprobus inuenirentur. Itaque nos censemus, eos certissimos esse gratis accepta, suaque prædestinationis, in quibus hic timor est maximus. Hic enim timor nascitur ex notione severissimi iudicii diuinæ, propriæque infirmitatis: at confidentia, ex sensu misericordiæ diuinæ, quæ concubos illo timore subleuat: Neque enim imaginandum, hunc misericordiæ sensum unquam cuiquam ingenerare contemptum iustitiae, aut ira diuinæ: tantum efficere, ut qui mirum in modum concutiantur horrore suorum peccatorum, tamen miro modo erigantur in confidentiam remissorum eorum: etiam ex ipso horro, quem concipiunt ex vi Spiritus intus agentis, & efficientis, ut ostendit peccatum quod faciunt. Breuiter: ipsi Papistæ concedunt aliquos ex p. r. particulari reuelatione certitudine fidei credidisse se esse prædestinatos. At hos nos scimus seruisse Deo in timore & tremore. Ergo negamus hunc timorem opponendum certitudini salutis.

XXX. Sexta ratio: Scriptura disertis verbis docet salutem pendere à conditione operum. At nulla esse potest certudo salutis, si pendeat à conditione operum. Quare nemo est certissimus de salute sua. Primum probat, Matth. 5. Dico vobis, Nisi abundanter infirmitas vestra plus quam scribarum & Pharisorum, vos nequaquam ingressuros in regnum cœlorum. Et 19. Si vis ad vitam ingressum serua mandata. Ad Rom. 8. Quod si filij, & heredes, si tamen compatimur, ut & congloriscemur. Post. ad Thimot. 2. Si commortui sumus, & conuiuemus. Et, Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.

XXX. Respondeo, conditionem operum, vel posse simpliciter necessitatem operum: vel præterea eorum meritum. Illo sensu significatur, debere eos, qui sperant vitam æternam, operam dare bonis operibus. Altero autem hanc vitam acquirendam ex vi illorum operum. Priori sensu non negemus pendere vitam à conditione operum: quia certum sit absque pœnitentia, neminem salvandum. Sed negamus, hac posita conditione, nullam esse certitudinem salutis. Imo, dicimus, hac posita conditione, magnam esse certitudinem salutis: quia nemo sit fidelis, qui non sentiat se operam dare bonis operibus: quomodo Paulus testatur, se velle bonum, quod non faceret.

XXXII. Nam, quod Bellarminus, neminem electorum posse certe statuere se facturum omnia illa bona opera, quæ Christus fieri iubet: nos fortius dicimus, omnem electum certo statuere se non facturum omnia opera, quæ Christus iussit: sed propterea nullam esse certitudinem, constanter negamus. Quorsum enim esset remissio peccatorum.

XXXIII. Posteriori sensu, consensimus nullam posse esse certitudinem salutis, posita ea conditione. Sed hanc conditionem positam esse, non extorquebit Bellarminus à Catholicis. Non enim persuadet iis locis id doceri: quorum tamen expositi alterius est controuersia. Hic breuiter, nihil esse quo ex verbis confirmetur secundus sensus, potius quam primus.

XXXIV. Haec tenus Bellarminus. Addo duas rationes à Gregorio de Valencia. Septima ergo. Supponatur peccator, qui nondum credit in gratiam esse receptionem: sed contra potius, proper manifesti alicuius peccati conscientiam certissimus sit, se gratia carere: hoc posito, sic erit argumentum: Nemo potest certissime sine villa formidine sibi persuadere id, quod neque per se notum, neque villo firmo argumento, sive ex re ipsa evidenter, sive ex autoritate diuina dicto, concludi, & probari potest. Sed quod talis peccator sit propter Christum in gratiam receptus, neque per se notum: neque villo firmo argumento, concludi, & probari potest. Ergo non potest talis peccator certo, sine villa formidine, id sibi persuadere.

XXXV. Magnifice. Hic profecto triumphavit, aut nemo triumphabit inquam. Quid-ni enim vineat, nullo posito hoste? Si tamen triumphus puerorum aliquis est, qui castella erigunt ex pulvere, quæ pedibus disturbent. Ponit peccatorem, qui nondum credit se in gratiam esse receptionem: & hinc concludit non posse sibi firmiter persuadere se in gratiam esse receptionem. Quis unquam somniauit magis ridiculè? At nos fidelem volumus, & negamus illum esse fidelem, illum unquam esse posse fidelem, qui non credit in gratiam receptionem: id est, sibi dimissa esse peccata: tam profecto, quam non potest sanus esse oculis, qui solem meridie lucere non credit: quam non potest religiosus esse, qui nullum Deum esse credit. Itaque sufficit ridere tam belle delirantes Iesuitas.

XXXVI. Octaua ratio similis septimæ: Impossibile est, sana mente, & cum iudicio eam persuasionem suscipere, quam sua mente habere non possis, nisi illam habueris priusquam primo habeas. Sed illam persuasionem fidei non potes sana mente habere, nisi eam habueris priusquam primo illam habeas: Ergo impossibile est sana mente, & cum iudicio, suscipere persuasionem illam fidei. Assumptum probatur. Quia haec persuasio est medium unicum ad acquirendam gratiam, Christi beneficio: atque ideo oportet eam praetere, ut possis cum iudicio credere, quam iam habcas gratiam Christi beneficio.

XXXVII. En nouum triumphum: sed similem praecedenti. Negatur enim minor: quæ illi non aliunde, quam à febre aliqua. Nam, quis docuit hanc fidei persuasionem esse unicum medium? mitto unicum, quia docuit esse saltem medium ad acquirendam gratiam? Atqui, *de bone, gratiam nos acquiri à nobis, negamus villo medio à nobis: sed accipi à Deo agente in nobis, qui co respectu nihil nisi patimur.* Itaque, dicimus hanc gratiam nobis iam oportere esse donatam, antequam villo motu sentiamus. Scimus enim Jacobum ante fuisse amatum, quam quicquam egisset boni. Breuiter sciunt omnes, nisi qui nos quid doceamus ignorant, fidem esse instar manus, qua accipimus & applicamus gratiam nobis donatam. Hoc modo nihil est necesse quemquam prius credere remissa sibi esse peccata, quam re vera sint remissa. Ita somnior (quamquam illi, non somniare dicunt, sed meditari:) sed tamen ita, sive somnior, sive meditetur Iesuita Catholicus tam incepit, sive somniantes, sive meditantes. Sed taceo, & precor his somniantibus, his meditantibus, bonam intentionem.

CAP. XVIII.

Rationes Dominici à Soto, & Vasquis.

I. **Q**uae sequuntur rationes, eas sufficiet Dominicus à Soto, & Gabriel Vasques. Ille irritatus, ut videtur, à suo Catharino, rem totam voluit altius considerare, ut haberet nonnulla quæ omessa alii. Esto igitur nona ratio: Si aliquis certus esset diuinæ in se existentis: Ergo idem certus esset se in malo non perseveraturum. At vero certitudine fidei Catholicæ nemo certus esse potest, se in aliquo iniquo opere, aut saltem cogitatione, non perseveraturum: Ergo nemo potest certus esse certitudine fidei Catholicæ, gratia in se existentis. Ratio consequentia, quia saltem ea quæ præua sunt, obstatculo sunt gratia diuinæ.

II. Respondeo illud, in malo perseverare, ambiguum esse, videlicet, vel actu duntaxat, vel etiam affectu. Et affectu quidem illum perseverare in peccato, cui peccatum ipsum placet, adeo ut nolit inde recedere, netum quidem cum sentit prohiberi à Deo. At tu autem potest in malo perseverare, qui tantum per naturalem corruptionem deficit ab officio. Et habet tamen intra se timorem Dei, quo sit ut odio habeat peccatum: deploget etiam suam quam sentit, miserationem.

III. Si de affectu perseverantibus argumentum intelligitur, conceditur consequentia. Sed negatur assumptionem. Nam profecto nemo est fidelis, qui & non sentiat in se affectum istum recedendi à malo; imo verū odiunt malum: & non certo speret se in eo odio perseveraturum: Videlicet quia idem certus est, nihil posse se separare à dilectione Christi, prout testatur Apostolus

Apostolus: qui etiam diserte testatur, se odiisse malum, quod ficeret: cum describeret naturam, ut tira dicam regenerationis.

IV. Si autem intelligatur de actu: negatur consequentia. Nam etiam falsa est eius ratio: non enim malum actu obstaculo est gratiae diuinæ. Alioquin in nullo unquam homine fuisse gratia Diuitia. Quia nullus dari potest hominum, excepto Christo, in quo non fuerit malum actu: quandoquidem nemo dari potest, non peccator: Itaque Paulus ad Roman. 7. cum dixisset videre se in membris suis legem, rebellantem, subiecit. *Quis me eripiet ex isto corpore mortis?* significans nullam spem fore, te liberandum ab ea lege, id est, à malo, nisi eadem opera liberetur à corpore.

V. Enim vero, cum gratia sit, vel ipse amor Dei in Christo nos complectens, vel cius amoris effectum, id est, renouatio nostri: utroque tamen modo gratiae Dei negatur obstaculum esse malum hoc actu existens in fidelibus. Non enim obstat amor: quandoquidem Paulus, ad Rom. 5. commendat, inquit, charitatem suam Deus erga nos, quod cum adhuc effemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit: audim' charitatem Dei in nos, tum cum essemus peccatores, id est, actu, immo etiam affectu, in malo? Non obstat etiam renouationi: quia idem Paulus testatur utramque legem in se esse: nimur & spiritus & carnis, ad Rom. 7. testatur rursus ad Galat. 5. carnem concupiscere aduersus spiritum. Quod si verum non sit peccatum, id est, malum, existens in homine fidei, obstaculo esse gratiae diuinæ: ergo non est necesse, quicunque certus est gratiae Dei in se existens, eundem certum esse se ne actu quidem perseueraturum in malo, id est, non futurum peccatorem, quandiu erit in hac vita.

VI. Quid ergo? Nempe debuit Soto dicere, certum esse fidem, sibi non imputatum iri ullum peccatum: utpote condonatum per gratiam. Sed hoc genus hominum nullam gratiam, nullam iustificationem potest concipere, nisi in operibus, à quibus suam omnem petit certitudinem salutis. At contra fidelis nullus est, qui non semper cùm publicano dicat, *Domine, propitiatus es mihi peccatori.*

VII. Decimam rationem describam *περὶ τοῦ λόγου*. Stauamus, inquit, hominem, qui diu hæserit in aliquo vito: puta, qui odia exercuit, vel concubinam habuit, cuius prautatis cogitatus identidem in memoriam recurrit: vel hominem, quem ambitio, vel quius alius reprobus affectus diuebat, adeo ut dubium illi iniciat, utrum cupiditates illas, quæ altissime esse solent visceribus infixa, stirpibus auulserit ex corde, atque adeo ea ratione, qua offensa sunt Dei, quod ad veram pœnitentiam requiritur, an nequaquam propter Deum, sed solum propter temporarios respectus se abstineat: Huiusmodi pauidas (ut vos vocatis) gerentes conscientias: quin vero (ut ego existimo) metitissimo dubias, id duntaxat admonetis, ut satagant in fide, le contra hos paupores obfirmare, & asserere: cum Apostolis deprecantes, adauge nobis fidem, & confidentes per illam, vniuersa contegi peccata, nullo habito respectu operum. Sed quid hæc est, si contradicatio non est, & acceptissima verborum repugnantia? Quomodo enim potest fides certum hominem facere, se esse in gratia, nisi omnino tollendo dubitationem, quæ ex diametro pugnat cum certitudine?

VIII. Ignoscant viri, si forte boni, sed ignoscant viri saltē acutissimi (nam & Sophistas esse acutissimos nullum incommodum est) confitenti propriam heberudinem. Nam ego certe huius rationis vim nullus percipio. Fingi audio nescio quem post longam vitorum habitudinem, incertum, utrum ab iis recesserit propter Deum. Huic nos incertitudini audio opponere preces, quibus postuletur augmentum fidei. His cum sum intensus maxime, ut videam, quid sit consequens; ut conficiatur, neminem posse certum esse suæ salutis: subito strepitum pro foribus audio, importune clamantium, Contradiccio, contradiccio. Quid hoc, inquam, rei est? Illi regerunt non posse fidem generare illam quam querimus certitudinem, nisi tollat omnino dubitationem. Atqui, inquam, in hypothesi illius fictionis, hominem audieram, fidem non audieram. Propitiū esse, Dominicanī: propitiū esse, Papistæ, *αὐτὸν οὐκέτε* non video.

IX. Intelligo non absurdum supponi quandam ex longa habitudine peccatorum conuerit. Nam mihi exemplo ille bonus latro, cuius sola laudatur extrema vita: exemplo item Paulus, qui è primo peccatore subito factus Apostolus. Esto. Sed Dominicus iste Dominicanus, hunc tantum hominem finxit; non finxit fidem. Atqui, possunt homines à longo vitorum habitu recedere, ut tamen non sint fideles. Nostra autem vniuersa disputatio non de homine est quolibet, sed de fidei. Fidem autem ullum recedere à vitiis, non propter Deum, hoc ego nunquam concesserim: qui iis ipsis exemplis, quæ iam dixi, contra docor. Fingat Dominicus sibi monstra pro arbitrio: at nos didicimus, hypotheses debere esse non absurdas. Et quamvis concedamus, si quis Triangulum supponat habere quatuor angulos, inde sequi, non esse Trianguli angulos æquales duobus rectis: tamen prolixe ridebimus adeo monstrose supponentem.

X. Præterea non posse generari fiduciā sive certitudinem salutis, nisi omnino sublata incertitudine: non debet simpliciter concedi. Nam dubitatio, vel erit habitus formati; vel transiuntis tentationis. Habitum formatum concedo non posse confidere cum ea certitudine: sed tentationes scio non posse tollinisi cum in patriam peruentum erit. His autem sæpe & vehementer concuti fidem, non est negandum: sed excuti, hoc vero falso. Paulus ad Rom. 8. *Qui nos separabit a charitate Christi?* num oppreso, num angustia, num persecutio, num famæ, num nuditas, num periculum, num gladius? *Imo in his omnibus ἔσται εὔηθες,* plus quam viatores sumus, per eum qui diluxit nos.

XI. Undecima ratio negat, quemque teneri credere se esse in gratia. Hanc rursus describo. Ad ea quæ naturalia sunt, nemo obligatur. Sed quod dubitatio in homine insurgat, & metus quo statu sit apud Deum, est res naturalis, in his maxime, qui vel perdite aliquando vixerunt, aut vehementer patiuntur incursum demonis, mundi, vel carnis: ergo huiuscmodi dubitatio non est peccatum. Quin vero nonnunquam illa exsurgit ex naturali hominis complexione. Sunt enim quibus parum est sanguis: qui ideo, sicuti in rebus aliis, ita & in hac parte, sunt meticulosi. Adde quod sæpenumero expertum habemus, homines probatae vita, quo maiorem adhibent curam expurganda conscientia, maiori sunt vel in metu, vel in scrupulo.

XII. Intelligo gemino arguento probari non esse peccatum timere propriæ salutis: Horum primum à natura est: alterum ab eo quod etiam san-

TOM. III.

ctissimis accidit. Sed in primo non dubito Dominici lingua præcurrisse ei-jus mente: illud enim, *Ad ea quæ naturalia sunt, nemo obligatur*, contra debuit, *Aduersus ea quæ naturalia sunt: nisi ego forte nihil video*. Sed condoneatur sane. Hanc igitur dubitationem de salute ponit esse naturalem. Ego fatator: sed quomodo peccatum, id est, à naturæ corruptione vniuersali. At non obligari hominem aduersus ea quæ sic sunt naturalia, nullus concedet Catholicus. Illud autem plus minus sanguinis, quis non rideat? Ergo ne fidei vis ab habitu pendet corporis, ut tandem consulendus sit Hippocrates, & Galenus? Apage nugas.

XIII. Alterum argumentum sumit, probatissimæ vitæ homines, in maximo esse metu, vel scrupulo. Ego concedo, nulli maiores esse aut vehementiores tentationes. Sed certitudinem salutis nego nullam esse. Ratio facilis ex præcedentibus: quia tentationes hanc certitudinem concutunt quidem, sed non excludunt tamē: itaque superantur: & ita, qui tentatur, manet certus.

XIV. Duodecimam rationem Soto mutuatur à Thoma: ego sic dispono: Quæcumque res certa est, ea diiudicatur per propriæ principia. At gratia cuiusque hominis non diiudicatur per propria principia: Ergo ea gratia non est certa. Probatur: quia principium & obiectum gratiae Deus est: at hic ignorat.

XV. Respondeo, principia propria hoc loco intelligenda ea, quæ appellantur scientia: non vero rem ipsam constituentia. Nam hæc semper sunt ratione priora ea re, cuius de certitudine queritur. At illa possunt esse posteriora: Alioquin nulla daretur demonstratio à posteriori, quod est absurdum. Sciri ergo certo posse gratiam Dei hoc modo, nimis quia ipsa efficiat intrinsecus motus suos, tum in illustranda mente, tum in innouanda voluntate. Quomodo ergo certo scimus ortum esse solem, ex die ipso, quo fruimur; et si hic dies non sit causa exortus solis: & sic credunt fideles se esse apud Deum in gratia, quod sentiant in seipso effecta gratiae certissima. Et est hoc principium huic certitudini proptimum.

XVI. Itaque propositi syllogismi neganda minore est. Quod ad rationem attinet, primo negatur Deum esse fidelibus incognitum. Nam & quod addit Soto, Deum intelligi, acceptantem nos per suam gratuitam voluntatem; & hanc non innotescere per opera nostra, falsum est: quia innotescit per opera sua: ea videlicet, quæ intra nos efficit per Spiritum.

XVII. Decimateria ratio: Nullus habitus generat assensum, nisi circa suum proprium obiectum. At specialis gratia non est obiectum proprium fidei. Ergo habitus fidei non generat assensum, circa eam. Probatur assensum: quia obiectum propotitum fidei, non est nisi Deus, & illa quæ ad spem nostram pertinent, vel relevata in Scripturis, vel inde deducta, & expressa autoritate Ecclesiæ. At hæc specialis gratia neque relevata est in Scriptura: neque inde deducta per Ecclesiæ.

XVIII. Respondeo, negari assensum primi syllogismi. In secundo dico illud, *deduci per autoritatem Ecclesiæ*, esse assumptum Papisticum. Nam hæc autoritas Ecclesiæ, mere accidentis est neque augens, neque minuens certitudinem. Itaque absolute dicendum, id est proprium obiectum fidei, quod relevatur in Scriptura: vel inde evidenter & necessario deducitur: ut loquebantur Bellarminus, & Peterius. An autem hæc gratia particularis eo pertinet, quod negat Dominicus, antea explicatum est.

XIX. Valques c. 7. disput. 100. in 1.2. bis argumentatur. Itaque esto ratio decima quarta: Quamuis quisque debeat fide diuina credere promissam esse remissionem peccatorum omnibus pœnitentibus, & bene operantibus: tamen, cum talis promissio subsequatur opera & pœnitentiam: & de hac nullus esse certus certitudine evidente, aut fidei diuinæ, nullus credere debet hac certitudine remissa esse sibi peccata.

X. Respondeo, negari eam promissionem; id est, eius promissionis effectum, (sic enim ipsum Vasquez puto intelligere, ut ne aburde dicat) subsequi opera & pœnitentiam. Dicunt ipsi Papistæ à Baptismo: nam in hoc, quomodo dicant præcedere opera? quomodo pœnitentiam? Cum ne ipsi quidem villam dispositionem requirant, nisi, vt ne actu quis se se opposat? In infantibus certè, quid habent quod dicant? Nam his neque opera insunt, neque villa pœnitentia præmititur. Nulla-ne igitur infantibus remissio fit peccatorum? Sed quicquid Papistæ, quicquid Iesuitæ cogitant; id meritum est: nec quicquam debere voluntate gratiae Dei.

XI. Decima sexta ratio. Qui assensus præbetur remissioni peccatorum, vel est ex nuda revelatione, vel ex discursu. At neutro modo certa. Non ex revelatione: quia non est ordinis supernaturalis. Non etiam ex discursu. Quia hic constat ex assumptione primo certissimis fidei principiis: deinde principiis certo experimento compertis. Sed hoc experimento comperta, non possunt ita esse certa, vt cum malis generent assensum infallibilem.

XII. Respondeo; nc assensum non esse ex nuda revelatione: hæc enim est extraordinaria; nos uenimus in hac certitudine nihil invenimus, non ordinarium, & de natura fidei: ideoque commune omnibus vere fidelibus. Itaque fatemur assensum esse per discursum ex principiis veris ac certis. Cöcedimus etiam principia eiusmodi esse debere, cuiusmodi descripta sunt. Nam illa, quæ dicuntur fidei, maiorem propositionem sufficiunt, puta, Omni credenti remittuntur peccata per Christum. Ea vero quæ experimento constant, suppeditant assumptionem. At ego credo. Quibus positis, necessaria, & infallibilis conclusio conficitur: Mihi ergo remittuntur peccata per Christum. Non posse autem hæc secunda esse ita certa; omnino falso: sunt enim diuina: quia à Spiritu Sancto: atque adeo inde appellantur testimonia Spiritus ab ipso Paulo 8. ad Rom. Ipse Spiritus testatur una cum Spiritu nostro, nos esse filios Dei.

CAP. XIX.

De Patribus.

I. **N**on detinebunt nos Patrum autoritates: quarum plerique tantum docent nemini certam esse suam iustitiam; illam nimium, quæ constitit non in remissione peccatorum, sed in innovatione vita: vt non vereri debeat, nequid peccans ab officio discedat, aut etiam discesserit. In has, aut omnes, aut singulas quid opus est inquirere? Sed immensis est aduersorum importunitas.

II. *Primus ergo Ambrosius, serm. §. in Psal. 118.* Nolebat auferri opprobrium quod suspicatus est: vel quia cogitauerat in corde, & non fecerat: & paenitentia licet abolitum, suspectus tamen erat, ne forte adhuc maneret eius opprobrium: & ideo Deum precatur, ut illud auferat, qui solus nouit, quod nescire potest etiam ipse qui fecit. Sed enim non agi de remissione peccati patrati: sed de auferendis eius reliquis manifestum est ex praecedentibus: Subobscure dictum videtur. (Nam versabat hæc verba, *Aufer opprobrium meum, quod suspicatus sum*) Sed explanavit *Apostolus*, quod hic videbatur obscurum, ubi ait: *Nihil quidem mihi conscientius sum: sed non in hoc iustificatus sum.* Sed iebat enim se esse hominem. & sibi cauebat, ut poterat, ne post suscepta baptismi sacramenta peccaret: ideoque delicti conscientis sibi non erat: sed quia homo erat, peccatorem se fatebatur, sciens unum esse Iesum lumen verum, qui peccatum non fecit, nec est intentus in ore eius dolus: ipsum solum iustificari qui veri alienus esset a lapsu. Similiter ergo Propheta, et si peccatum declinare cibat, tamen quasi Deum repulsem peccati esse sui cupiebat. Optimè: sibi cauebat ne peccaret: non erat tamen certus non peccare: quia se hominem meminerat, itaque peccatores. Quid verius? Nam iustificatum quenquā dicere non peccatores, Papisticū est.

III. Basilius in Constitutione Monasticis c.2. Multi peccantes plurimamente intelligimus: quapropter dicit Apostolus, Nibil mihi conscientia sum. sed non in hoc iustificatus sum, b. e. multa peccata non intelligo. Recte: quis enim ignorat multa esse peccata nobis incognita? Sed est ne horum incognitorum nulla remissio? aut remissionis nulla certitudo? Hoc videlicet fuit disputandum.

IV. Hieronym. 2, contra Pelagian. *Sunt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorum; & sunt impij, ad quos peruenit, quasi opus inistorum.* Hoc idcirco dicitur, quia certum iudicium, solum Dei est. Nempe disputabat aduersus Pelagianos asserentes: esse iustos sine peccato: contra asserentes diserte, *Iustos esse concedo: sine omni autem peccato omnino, non assentior.* Præterea in illis verbis, iudicium Deiponit, oppositum iudicio humano: sequitur enim statim, *Et quos putamus iustos, sepe peccatores inueniuntur: Et quos e contrario peccatores, apud Dei scientiam iusti sunt.* Eodem sensu in Hierem. 13. *Homo videt in facie, Deus in corde: & quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis sordidum deprehenditur.* Quid ista, quæso, contra remissionem peccatorū, eiusq; certitudinē.

V. Et Hieronymus quidem de alienis loquebatur iudicis. Chrysostomus vero, de suis cuiusque homil. 88. in Ioan. *Propterea contristatus sum*, Petrum intelligit, ne forte me amare arbitratus, non amem: ut ante cum me fortem & constantem putarem, postmodum imbecillis deprehensum. Nec dissimilis ratio. Nam Paulus, qui ipsum se non iudicabat, erat-ne propterea alienus à remissione, aut etiam à certitudine remissionis? Imo, Papistæ affirmant monitum extra ordinem peculiari reuelatione: & inde certitudinem elici consentiunt. Si igitur Paulus certus erat sibi remissa esse peccata: nec tamen certus, nihil peccasse: quis neget certitudinem remissionis non tolli, incertitudine propriæ iustitiae.

V. Alterius loci, ex ii. homilia in I.ad Cor. non est noua difficultas. Explicatur enim idem Pauli locus, quo se testatur non propterea esse iustificatus, quod nihil esset sibi conscientia. *Διὸ τίνων ἐπεξεργάσθαι τοῖς τεῖχοις, καὶ οὐδὲν ἡ τοιούτη συμβαίνειν εἰς αὐτοὺς.* Dnibus ergo, vel tribus potius de causis, nostrum non est accursum, & exactum iudicium. Una quidem, quod etiam si nullius rei simus nobis conscientia, spes tamen habemus, eo qui accurate, & exacte, nostra arguat peccata. Altera autem, quod nos plura latent, ex iis que sunt, & absconduntur: *τοῖς τεῖχοις τούτοις,* & tertia insuper, quod multa ex iis que sunt ab aliis, nobis qui dem videntibus bona, non sunt autem ex recta animi sententia. Vtrumque iudicium coniungit, & proprium cuiusque, & alienum. Sed vtrumque, de iustitia operum quam nos non ponimus: non a. de remissione peccatorum, qua nostra thesis.

VII. Quid multa? Nam certè tædet in singulis eadem repeterem. Eadem mens Augustino in Psal. 41. Non quia iustitia Dei mei manet: virū mea maneat, nescio. Terret enim me Apostolus, dicens, Qui stat, videat ne cadat. Sermo 23. de verbis Domini, Fortasse tu nihil inuenies in conscientia tua, inuenit ille qui melius videt. Homilia 35. Quantidam viuimus hic, de nobis ipsis nos ipsi iudicare non possumus: non dico, quid cras erimus sed quid hodie sumus. De Perfectione iustitiae, Quant aliter iustitia sit præditus homo, cogitare decet, ne aliquid in illo, quod ipse non videt, inueniatur esse culpanum. Theodoretus in 4. ad Cor. Non me a peccato immunem pronunciabo, sed Dei sententiam expectabo. Se de enim euerit, ut etiam ignorantes peccent, & quum & iustum esse existimat: sed hoc aliter videret in iuventorum Deus. Beda ad c. 20. Prouer. Poteſt hic versus & de electis accipi: qui habent aliquando latentia in mente mala, que ab aliis videri non possunt hominibus, que tamen ipse Dominus cernit. Et post, Sunt multi: mundo corde, & iuxta humanae possibilitatēs modum, puri a peccato, nec tamen se ipse quisquam mundicorū em, & immunem a peccato, abfque temeritate pronuntiaverit. Bernar. sermone 3. de Aduento. Accedit ad sollicitudinis cumulum, & ondus timoris, quod cum & meam, & proximi conscientiam seruare necessis sit: neutra mihi satis est nota: utraque abyssus est imperforabilis: utraque mihi vox est: & nibilominus exigitur a me utriusque custodia. Hęc omnia dealbant vna, eademque fidelia. Agunt de incertitudine iustitiae inharentis: non ædunt certitudinem remissionis, siue iustificationis.

VIII. Ita Bernardi possunt cuiquam videri duriora. Epist. 107. De qua
amen percepta suimet ex parte notitia. interim quidem gloriatur in spe. non
lum tamen in securitate. Serm. 2. in Oratione Patris. Nouit Dominus qui sunt
ius, qui vero scit hominum, si est dignus amore, an odio? Serm. 1. Septuaginta
ma. Quid potest dicere, ego de electis sum, ego de predestinatis ad vitam, ego de
numero filiorum: quis haec, inquam dicere potest, reclamante Scriptura, nescit
omo, si dignus sit amore, an odio? Certitudinem utique non habemus, sed spei
fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur.

1 X. Respondeo, distinguerem huius vitæ statum, ab statu futuræ: huic tri-
plici securitatem, illi spem. Sed huic spei tribuere peculiarem applicationem,
qua se quisque credit, & filium Dei, & prædestinatum ex certis signis. Sic
erit illi, Epist. 107. *Quos ab aeterno prædestinat, in aeternum beatificat, inter-
veniente sane media vocatione, una cum iustificatione, duntaxat in adultis. Sic
dortum Solis in stitia, sacramentum ab conditum à seculis, de prædestinatis, &
beatificandis emergere quodammodo incipit ex abyso aeternitatis, dum quisque
ocatus por timorem, iustificatus per amorem, praesumit se quoque esse de nume-
beatorum: sciens nimis, quia quos iustificauit, illos & magnificauit. Quid
tim? Audit se vocari, cum timore concutitur, sensit & iustificari, cum amore
refunditur, & de magnificatione diffidet: Initiatur, prouhibitur, & de sola
summatione desperabit: Et post, Habet homo, huius arcani indicem Spiritu*

iustificantem, eo que ipso restificantem spiritui tuo, quod filius Dei & ipse fit. Et post, Nemo itaque se amari diffidat, qui iam amat. Item, Iustus quis est; nisi qui amanti se Deo, vicem rependit amoris? Quod non sit nisi resculante spiritu, per fidem homini eternum Dei propositum, super sua salutem futura. Post, Hoc itaque est illud sacrum, secretumque consilium, quod a Patre Filiu in Spiritu Sancto accipiens, suis, quos nouit, per eundem Spiritum iustificando eos, communicando iustificari, quando id quisque accipit in sui iustificatione, ut incipiat & ipse cognoscere, sicut & cognitus est, cum videlicet datur & ipsi presentire aliquid de suo ipso futura beatitudine, quemadmodum ab eterno latuit in predestinante, plenius appariturum in beatificante. De qua tamen iam percepta sumet ex parte notitia, interim quidem gloriatur in spe, nondum tamen in securitate, Secundum Septuaginta, Certitudinem utique non habemus, sed spei fiduciacō solatur non dubitationis huius anxietate penitus cruciem. Propter hoc data sunt signa quadam & indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanerint. Propter hoc, inquam, quos praescivit Deus, & predestinavit conformes fieri imagini Filii sui, ut quibus certitudinem negat causa sollicitudinis, vel fiduciam præstet gratia consolationis.

X. Hæc nota. Primo fidelem quenque præsumere se de numero beatorum. Secundo: Hanc præsumptionem, esse fiduciam. Tertio; sacram secretumq; consilium prædestinationis per Sp̄itum Sanctum reuelari. Quarto, reuelari per fidem. Quinto, manifestari periudicia manifesta, sed & indubitabilia, si permaneant.

XI. Nempe igitur, manifestum opponi cognitionē ex signis, quae est à posteriori, scientiæ videlicet, quæ sit à priori. Hanc negari iis qui sunt in hac vita: illam vero concedi: q[uod] nostræ thesi sufficit. Nam certe, si cognitio est, & cognitio prædestinationis, oportet esse certam: id est, talem, vt non subsit ei falso, alioquin cognitio non erit, & quidem cognitio diuini consilii. Nam q[uod] eidem certitudo denegatur, nihil nocet: quia non potest absolute intelligi: non est n. notitia, cui nulla omnino certitudo: sed cōparate & secundum quid: id est, quatenus longe abest spes à fruitione: etiam si spes sit vera, & proinde suo modo certa.

XII. Superest Gregorius, Epist. 22. lib. 6. Quod vero dulcedo tua in suis epistolis subiunxit, importunam semihix existere, quoad usque scribam, mihi reuelatum esse quia peccata tua dimissa sunt: rem & difficultem, etiam & inutillem postulasse. Difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui reuelatio ferri debet. Inutilem vero, quia secura de peccatis tuis signi non debes, nisi cum iam in die vita tua ultimo, plangere eadem peccata minime valebis. Qua dies quoque veniat, semper suspecta, semper trepidam metuere culpas debes, atque eas quotidie nis fletibus lauare.

XII. Respondeo, à Gregorio recte fuisse reprehensam Augustæ cubicularam: non quod sibi vellet certam fieri remissionem peccatorum: sed quod reuelationem extraordinariam voluerit dari: quæ non solum inutilis curiositas est, sed etiam prophana temeritas. Intra hos reprehensionis cancellos si continuit se Gregorius, ut videtur, laudandus est: Sin autem progressus vterius etiam illam negauit certitudinem, quæ est ab in æterno spiritus sensu, non debuit. Hoc satis est: neque n. tantus Gregorius, ut sit extra iudiciorū alea positus.

C A P. XX.

Status Controversia, de Fide Electorum propriæ.

I. **S**uperest postrema de fide quæstio: quorumnam sit hominum fides ve
sra; Electorum-ne tantum, an etiam quorundam reproborum: & pos-
fit-ne ea penitus deficere. Disputatur à Bellarmino c. 14. & 15. 3. de Iustificatione. Feuardentio Theomachia 7. c. 19. 20. & 21. Et contra à Parao contra
Bellarminū: à Zacharia Bouerio Demonstrationis generalis II. Symboli c. 4.

I. Catholici de vera fide, quam ex praecedente disputatione constat esse coniunctam cum certitudine salutis, duo docent. Primum, non posse in reprobis esse: alterum, coniunctam esse cum persecutantia: adeo, ut inquam fidelis desinat prorsus credere. Etsi agnoscant duo esse verissima: prius, etiam reprobos nonnullos videri cum aliis, tum etiam sibi credere: posterius, etiam fideles interdum ita concuti vi tentationum, ut videantur non credere. Hac omnia Calvinus docet c. 2.; Instit.

III. Sed ei tamen Bellarminus calumniose imponit, fidem non solum nō esse, nisi in electis, sed etiam in electis esse plane immobiliter: quo expressit, credo, id q[uod] paulo ante eidem tribuerat, fidē nulla ratione amittu posse. Calumniae pars gemina: & q[uod] fidem dicit, non distingue fidem veram: & q[uod] immobiliter esse. Nā Caluinus iisdem locis, & fidem ~~acceperat~~ à vera distinguit diligenter, & illud **immobiliter** nusquam usurpat: contra autem agnoscit, nō raro vehementer commouet: tantum negat penitus excuti.

IV. Quid contra Papistæ sentiant, nulquam quod sciam ex professo docent: tantum lemmata capitum legi: apud Bellarminum, fidem ac iustitiam non esse propriam electorum, & semel habitam amitti posse: apud Feuardentium, Spiritum Sanctum aliquoties permittere, ut veram fidem semel à se datam, homines amittant, nec donum perseuerantia illi semper, aut necessario connexum esse. Item Spiritum Sanctum frequenter permittere electos, atque iustificatos, per peccata lethalia, ab accepta gratia sua & favore excidere. Hæ illi. Et vero gratia magna Feuardentio, qui non fidem simpliciter nominavit, sed veram limitauit: Absque eo fuisset, tota disputatio laboraret homonymia.

V. Sed Bellarminus, quare fidei iustitiam addidit? Si iustitia apud Deum, est, iustificationem, ac proinde remissionem peccatorum: taceo, nam & nunc non minus quam fidei, negamus quicquam esse commune cum reprobis. Sed si externam, quae est in bonis operibus: hanc profecto impone addidit: de qua nos sane litem nunc illi nullam mouemus: qui non-nunquam hypocritis ea fingere omnia, quae fidèles vere efficiunt.

V. I. Semota igitur vndiq; tum calumnia, tum homonymia, quæstio esto, trum fides illa vera, qua credentes in Christum iustificantur, pertinere pos- sit ad aliquos reprobos: & in aliquibus electis aliquando penitus deficiat. Nos negemus, Papistæ afferant.

VII. Sed Martyrem Bellarminus obseruat scorsim ire. Quod ego tamen
dixerit, non video. Nam apud Martyrem, commentariis in 8. ad Rom. sic
ego, *Quicquid alii sibi singant, hoc nobis certissimum esse debet: homines sar-
cos non tantum peccare posse, sed etiam interdum grauissime labi*. quod in his-
oria de David in Petro videmus accidisse. Id a divina electione nibil est iudi-

LIBER DECIMVSTERTIVS, CAP. XXI

卷之二

at: huiusmodi n. lapsi predestinationis non possunt esse perpetui: nam restituuntur, & per penitentiam instaurantur. Hæc Martyris totidem verba sunt: quibus curperarit non subscriptum Calvinum, nulla causa fuit. Nisi quod videre sibi visus dicere Martyrem, posse fidem ad tempus amitti. At non potuit id somniare Bellarminus, potuit etiam Martyr docere.

Cap. XXI.

Argumenta Papistarum de interitu fidei.

I. **P**apistæ ergo suam illam affirmationem sic probant. Ezech. 18. *Cum a
uerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniuriam, morietur in illa.
Quomodo auertitur iustus à iustitia sua, si fide sola iustificatur, & fides ex-
tinguit non potest?*

II. Imo, inquam, primo non sequitur necessario auerti: quomodo et si legas: Si Angelus annuntiet aliud Euangelium, tamen non sequitur Angelum ullum annuntiare aliud Euangelium. Hypothesis enim non facti, sed consequentis necessitatem significat. Secundo: iustus alio sensu dicitur, quam per fidem, nimirum per opera. Et Ezechiel ^{et} hunc describit, *Vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam: in montibus non comedenterit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menseruatam non accesserit: & hominem non contristauerit pignus debitorum reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem suum euri eti dederit, & nudum operuerit vestimento: ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniuitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inzer virum & virum, & in praeceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus.* Quare argumentum est præter thelin.

III. Bouterius instat. Sic duplēcē in homine iustitiam fīngi, vnam, quā à fide, alteram, quā à lēge manet. At hoc esse absurdum. Nam, si vtraquā in homine esset; (quod fāltem diuina virtute hominem roborante fieri posse concedendum) duplex quoque in homine iustificatio esset constituenda. Quod rursus absurdum docet: quia, si altera decesset, simul & iustus, & iniustus existeret.

IV. Atqui Geminam iustitiam in homine esse, nemo nostrum dixit. Sed geminam iustitiae rationem esse: nempe ut iustus dici queat homo, vel per legem, vel per fidem: quod qui impugnet, hunc necesse est non esse sanum Theologum. Quid enim agit Paulus, cum disputat iustificari hominem fide, non operibus; si nulla haec distinctio iustitiae considerari potest? Sed esse geminam in homine, id est, reapse utramque reperiri, vel in uno eodemque, vel in diuersis, deliria sunt Papistica.

V. Quod addit, posse in codem vtramque esse diuina virtute, crassam redolent imperiam in Theologo. Etenim, si ne diuina quidem virtus potest contradicentia, quod omnes Theologi concedunt: ne hoc quidem potest. Quia enim iustificatio per fidem est in remissione peccatorum, quæ ex diabolico pugnat cum iustitia ex lege: ergo fieri non potest, vt in codem vtraq; sit Verius itaque, in homine alterutram decessit iustitiam. Nam in Christo (quem ille exempli causa nominat) iustitia quidem fuit per legem: at non iustitia per fidem: quæ enim illi peccata condonata sunt? In reliquis sanctis, iustitia est per fidem, sed non per legem: quicunq; n. se absque peccato dicit, mentitur.

VI. Atqui, inquit, si altera deficit, ergo idem iustus est, & iniustus. Imo, in qua in quo absit iustitia per fidem, absurdus consequentia est. Non enim iniustus est, quicunq; per fidem non iustificatur: sed tantum peccator. Necessario enim hoc genus iustitiae presupponit peccatum. Si vero iustitia absit secundum legem, hunc partim iniustum esse, partim iustum, nihil absurdum est. Nihil enim obstat, quominus iniustus sit per legē, qui iustus sit per fidem. Nullan. oppositione: imo potius necessaria connexio, vnde solenne nomē iustificatio impī.

VII. *Luc. 8. Nam quod super petram, qui cum gaudio suscipiunt verbum: & hi et radices non habent, sed ad tempus credunt, & in tempore temptationis recesserunt.* Si suscipiunt cum gaudio verbum Dei, ergo credunt; neque deest illis fides. Probatitur consequentia. Nam qui recipiunt verum verbum Dei, nemo iure calumniari queat, quin vere credant. Deinde fides illa, si non est simulata, est vera. At quomodo illi fidem simulare possunt, qui auide & cum gaudio verbum Dei suscipiunt? Nam qui fidem cum gaudio suscipiunt, ipso cordis gaudio declarant, se fidem ex animo amplecti.

VIII. Respondeo, non concludi quæstionem in prima consequentia: quia non omnis fides est vera fides , siue fides iustificans , de qua nunc instituta disputatio est. Nego rursus, quicunq; recipiunt verbum Dei, vere credere. Omnes enim dicuntur recipere, qui externe profitentur. At non omnes qui profitentur, etiam vere credunt, sed videntur, inquam, alijs; interdum etiam sibis sed Deo non vide ntur: à quo quæcunque fides non infunditur , vera non est; non est iustificans.

I X. Rursus nego, si non sit simulata, esse veram fidem. Nam simulare is dicitur, qui reapse non credit. Atqui potest esse fides non vera, in eo qui reapse credit. Qui reapse credit, profecto ex animo credit. Sed hic animus multum interest qualis sit. Vin' probari? Ex ipso textu facile. Semen cecidit aliud in via, aliud super petram, aliud inter spinas, aliud denique in terram bonam. Et terra bona eos significat, qui εν τρεσδια νεληνη αγαθη in corde bono & optimo. sicut Beza, honesto & bono, auditum sermonem retinunt. Atqui & via, & petra, & sine, non sunt terra bona: ideo neque cor honestum & bonum. Quare, ne eos quidem significant, qui fidem veram habent. Nam fides ipsa purificat corda. Actor. 15.

X. Quid ergo prodest, quod ipso gaudio testentur se fidem ex animo amplecti? Aut quis nescit non tantum animo, sed etiam toto animo esse amplectendam? At qui hos non toto animo amplecti, patet ex eo, quod tempore temptationis recedant. Id enim est vitam suam plus amare, quam Christum: cuiusmodi homines se indignos Christus pronuntiat: tantum abest, ut iustificantis fidei laudem tribuat.

XI. Ioann. 15. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit eum.* At palmes esse non potest, qui aliquando non vixerit in vite. Non n. palmites aliunde inseruntur, sed nascentur ex vite: & non mortui, sed viui nascentur. Post ergo, qui aliquando fuit membrum in corpore Christi per fidem viam, mitti in ignem æternum.

XII. Mitto illud, palmites aliunde non inseri: quod in hoc negotio aperte falsum: Christiani n. fiunt non nascentur. Respondeo, ut Christianos, sic palmites dic, non omnes eadem definitione: quosdam n. veros, quosdam fictos;

& hos e vera non palmites, sed quadantenus similes palm tib. videlicet extera profissione. Non ergo verum, omnes palmites vere viuere, quan lo quid evidenter quidam viuere. Villagudus in eum Ioannis locum, *Quomodo est palmes in Christo, qui non adfert fructum? Respondeo. Hic loquitur de eo, qui nomine tenus est Christianus, qui secundum externam speciem videtur palmetas, non autem ex viua fide est: is est sicut zizania in regno Dei hoc est, in Ecclesia, & putes in reti Euangelico: & carens ueste nupciali in nuptiis Christi.*

Xiiij. Matt. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigerescet charitas multorum, qui autem perseveraverint usque in finem, hic saluus erit. Ergo non omnes iusti perseverant, ideo neque saluantur.

XIV. Nihil probatur, nisi hoc probetur, quod oblitus est Bellarminus, per eos iustos, quorum charitas deficit, eos intelligi, qui per veram fidem iusti sunt apud Deum.

X V. Prior. ad Cor. 9. *Castigo corpus meum. & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis pradicauerim, ipsi reprobis efficiar.* Cauimste (inquit Iesu) merito non castigant corpus suum, & operibus penitentiae valedixerunt: quia certi sunt certitudine fidei, se reprobos fieri nulla ratione posse.

XVI. Impudens calumnia, nulla ad thesin argumentatio. Nos qui simus caueat quisquam discere ab improbissimo aduerario. Interca quænam hæc

caecat quinquam crederet in proximum adulterium. Interca quenam haec dementia est? Paulum illi numerant in iis qui fide certi erant sua salutis, etiam per peculialem & extraordinariam relationem: & nunc tamen subito transferunt in oppositum ordinem. Hoc cunctis non emotae? Enim uero, si Paulus certus fuit, se nunquam separatum iri à charitate Dei, & tamen castigabat corpus suum, ne forte reprobis efficeretur. Ergo, non si quis castigat corpus suum, ne reprobis efficiatur, idem continuo incertus est de sua salute. Quid ergo? Nempe haeret iis mediis, quæ scit à Deo constituta ad salutem: nam qui-cunque hanc sperat, hunc oportet castigare corpus suum. Ezechias certus erat se viictum annos quindecim: & tamen quotidie comedebat, ne moreretur: non quia incertus esset, sed potius ut certus esset.

XVII. Ad Galat. 5. Euacuati eis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia exciditis. Quomodo possent euacuana Christo & gratia excidere, si in Christo & in gratia vere nunquam fuissent?

XVIII. Quomodo, inquam, iustificabantur in lege. *Qui, inquit, in lege iustificamini.* At qui per legem nemo iustificatur. Ergo *iustificari*, inquit Benedictus Iustinianus, *non pro re ipsa, sed pro opinione iustitia accipitur*. Nempe quia quae videntur esse, appellantur quan essent. Itaque euacuati Christo, qui Christum profidentes, videbantur esse pleni Christo : quanquam non essent. Et a gratia excidere; qui spe frustantur gratia obtinenda.

XIX. Prior ad Timoth. 1. *Quidam circa fidem naufragauerunt. Et 4.*
In nouissimis diebus, discedent quidam à fide. 6. Quam quidam appetentes,
errauerunt à fide. Ad Hebreos. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, ga-
*stauerunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt Spiritus Sancti, gustau-
runt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteque seculi venturi, & prolapsi
sunt, renouari iterum ad penitentiam. Et 10. Voluntarie peccantibus nobis post
acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccato: terribilis
autem quadam expectatio iudicij, & ignis & malitiae, qua consumptio est ad
adversarios. Postea I. cor. 2. Melius erat illis non agnouisse viam iustitiae, quam posse
agitionem retrorsum conueriri ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato:
contigit enim illis illud veri prouerbij, *Canis reuersus est ad suum vomitum, &*
sus lata in volutabro lusi. Num habuerunt veram fidem, qui discesserunt à fide? Et quomodo naufragauerunt, qui in naui nunquam fuerunt? Num vere
iustificati fuerant, qui illuminati gustauerant donum cœlestis, & participes fa-
cti erant Spiritus Sancti.*

XX. Nimirum vehementer pro tantula occasione. Nego habuisse veram fidem qui discellerunt à fide. Nisi forte veram tu fidem dicas, non ipsam virtutem; sed obiectum virutis, non ipsum, inquam, internū habitum, vnde quis credere dicitur, sed doctrinam duntaxat quam credere. Sed nos scimus illos habere veram fidem, id est, veram fiduciā doctrinam, qui tamen non habeant veram fidem, id est, verae fidei habitum, quae est ex puro corde. Itaque ab illa fide scimus plurimos desciuisse, & quotidie desciiscere. Sed ab ista neminem putamus: prorsus, inquam, deficere. Negamus etiam illos verē iustificatos fuisse, qui illuminati gustauerunt donum coeleste, & participes facti sunt Spiritus. Ratio, quia etiam tenuissimas qui accipiunt scintillas cognitæ veritatis, iij quodammodo gustant donum Dei, & sunt participes Spiritus. Reliqua similia sunt.

XXI. Sed nunc exempla congerit è Scripturis, eorum qui defecerint. Primo Satanae: & primorum parentum: inde Regis Saul, & David, & Solomonis: tum Petri, & Simonis Magi, & Iudee proditoris. Horum exemplorum duos esse ordines: primum Adami, Dauidis, Petri: vnde discamus, iustitiam posse amitti & recuperari: alterum reliquorum; à quibus pateat, posse eos, qui credidissent, etiam retrocessi: fieri.

X X II. Respondeo, non videri verisimile, Solomonem in iis fuisse, qui reprobi fuerunt, & prorsus exciderint à gratia. Sed sane, relinquatur id nunc quidem in medio. Ego Angelos & Adamum nego ad thesim apte proferri. Illi enim iusti fuerunt iustitia inhärente, qua eis dōs erat à creatione: non vero iustitia hac per fidem, de qua nobis sermo, & qua supponit necessaria remissionem peccatorum. Augustinus de Corrept. & Gratia, cap. ii. *ille (Adam) in illis bonis: Christi morte non eguit: istos (sanctos) ira hac vita à reatu & hereditario & proprio illius Agni sanguis absoluīt.* Non sequitur autem, si iustitia creationis potuerit funditus amitti, polie etiam iustitiam fidei per Christum.

XIII. Dauidem, Petrum, negamus à fide, sine iustitia fidei, vñquam ex-
cidisse toraliter. Habemus contra de Petro testimonium Christi, *Ego prote-
rogaui, ne deficiat fides tua: quod quum liber, valde vrgent aduersari*: hic dis-
simulantes: quali mendaces non oporteat esie memoris. Negavit magistrū
Petrus. Sed eleganter Theophylactus in vigesimū secundum Luce, *Vt ne
deficiat fides tua: e' γένις μηκός μέλεις ταῦθα σύναγε, οὐδὲ ἔχεις εἰπεῖν οὐδεποτε
το σπίεγμα το πίστεως λόγῳ το Φύλακα πρόφει το τούτου με τε επινοεῖσθαι*. οὐδὲ ίπέστα-
ση, καὶ οὐδὲ πει ή πίστεως το; Et si enim post paulo concutendaves, habest tamen in-
sita semina fidei. Et quantumvis folia deturbarit ventus insultantis, iamē ra-
dix viuit; neq; deficiat fides tua. Quid plura Bellarm. ipse, de Pontifice Roma-
no lib. 4 c. 3. Non dixit Dominus, rogaui, ut non deficiat charitas tua, sed, fides
tua: Et re ipsa scimus defecisse Petri charitatem, Et gratiam, quando negavit Do-
minus, fidem autem vñquam defecisse non scimus.

XIV. Saulēm, & Magum, & Iudam, fuisse vñquam vera fide iustificatos, negamus. De Mago Petrus Aetor. 8. *Non est tibi pars, neque sors in hoc negotio: cor enim tuum non est rectum in conspectu Dei.* Attende a Etiam, tum cum nondum abegat fidei: tum ergo cum fidem habebat secundum externam professionem, habuisse cor rectum negauit Petrus: & nos credamus Bellarmino, habuisse veram fidem? Imo Irenaeo potius lib. i. cap. 20. *Hic igitur Simon, qui fidem simulauit.* De Iuda etiam Ioan. 6. *Responsum eius: Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis est Diabolus?* Loquitur autem de Iuda Simonis Iscarioti. Ergo Iudas tum, cum annumerabatur duodecim Apostolis, erat Diabolus. Ecce Diabolum nos Bellarmino credamus veram fidem habuisse?

XXV. Sed Saulum, inquit Bellarmin. Scriptura testatur tuisse electum, & bonum. Primi Sam. 9. *Erat Saul electus, & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero, i&ps; sursum, eminebat super omnem populum.*

XXVI. Respondeo , nugari Bellarmatum , & lectores suos pro meris fungis habere, aut peponibus . Nam ex loco nihil agi , aut de eterna Dei ele-
ctione , aut de villa animi laude : sed duntaxat , de corporis dotibus . Nam
בְּתַחֲרֵךְ et si a delecto dictum , quis ergo orat , iuuenem significare ? Ie-
rem . 31. זָקֵן בְּחוֹדֶזֶת הַלְּהָה בְּחֶרְבִּים וּבְקָנְבִּים . Ezech . 9 iuuenes & senes . Sexcentas int huiusmodi . Kimchi in radi-
cibus וּבְסָדָא עֲוֹל יְמִינָם בְּחוֹדֶזֶת , שְׁחִיא נִבְחָר לְכָל דָבָר ,
בְּחוֹדֶזֶת מִלְאָכָה אָוֹל מִלְחָמָה יְוָהָר מָזָקָן . Et vocatur puer dierum ,
propterea quod est genitivus ad omnem rem , omne opus , aut bellum potius , quam
senex . Sed & ἔρωτα bonum , dici de forma non debuerunt ignorare ,
qui Grammaticas Hebraeas condiderunt . Kimchi in eum locum Samuelis ,
פִּירְעֹתָנוּ מִזְבֵּחַ כְּחוֹדֶר וּבְמִרְאַת
Genet . 6 . Viderunt filias hominum , בְּתַבְוֹת הַנָּהָר esse pulchras . En tibi
nobile specimen acuminis Jesuitici .

XVII. Sed & de Iuda habet quod sophisti cetur. Fuisse aliquando iustum probat Hieronymus, tertio aduersus Pelagianos, ex colo ann. 17. *Pater, quos dedisti mihi custodiui: & nemo ex iis periret, nisi filius perditionis.* Nam si pater dedidit illum Filio: certe bonus erat, & si periret ex grege, certe antequam periret, in Christi grege numerabatur.

XVIII. Sed ego id apud Hieronymum obseruare non potui. Rem ipsam videamus. Fuit, inquit, aliquando iustus Iudas. Imo Villagodus in eum Iohannis locum: *Nisi Iudas Iscariotes, qui licet tecum viueret, meus tamen non erat, sed ad perditionem pertinebat quam ipse sibi suopte vitio, volens accerfuit.* Nam nunquam ex animo mihi adhaesit, nec serio verbum meum amplexus est: sed ideo seculabatur me, quo apud me, & sub nominis mei praetextu diuinitas sibi cumularet, et tamen sanctitatis simulatione & falso, ut eius nequitiam & dolos nullus discipulorum senserit. Vixna profecta iustitia, quam in tanto viro Belarminus admiretur & laudet.

X X I X. Sed dederat illum pater filio. Quomodo, inquam? An tanquam vnum de electis? Minime vero: quomodo enim potuit in electis esse, qui diserte filius perditionis? Neque vero concluditur ex illis, nisi filius perditionis. Manifestum enim particulam nisi, sepe esse pro adulteratua sed. Exempla: Marci 13. nemo scit, ne Angeli quidem qui in celo sunt: ne ipse Filius, nisi Pater: hoc est, sed Pater. Lucæ quarto. Multa viduæ erant diebus Elia in Israele: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi Sareptana urbem Sidonia, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo Prophetæ, & nullus eorum purgatus est, nisi Naaman Syrus. Cur non hic humilietur: nullus illorum periret, sed filius perditionis? Vt ne numeretur in iis quos dederat Pater: quomodo non in viduis Israliticis, Sareptana: in leprosis Israël, Syrus. Quod si de vocatione externa magis placet intelligere, quomodo quibuslibet Pastoribus à Deo commissis sunt qualibet oues de suo grege, & deis Prophœtos. Falsum est enim huiusmodi omnes oues esse vere fultas.

X X X . Hęc habuit Bellarminus ē Scriptura, quę obiiccret. Rationes ad-
dit. Prima ratio: Fides quę hæret in corde hominis semel iustificati, est ha-
bitus, non actus. Athabitus non impedit ex necessitate actum contrarium.
Poteſt ergo is qui habet habitum fidei facere factum infidelitatis. At secun-
dum Scripturas, qui facit actum infidelitatis, perdit etiam habitum: nam ef-
ficitor simpliciter infidelis, & inimicus Dei, & reus mortis æternæ. Papæ mō-
strum Logicæ Iesuitica! Clarius in forma: Qui cunque facit actum infidelita-
tis, perdit habitum fidei. At quidam, cui hæret in corde immobiliter habitus
fidei, admittit actum infidelitatis: Ergo quidam, cui in corde immobiliter hæ-
ret habitus fidei, perdit habitum fidei. Probatur minor, quia habitus non im-
pedit actum contrarium.

XXXI. Acute, ita me ament Iesuita omnes. Illi amittunt habitum fidei, quibus immobiliter hæret actus fidei. Ne fando quidem auditum quicquid vñquam acutius. Sed ad rem: Negatur maior. Non enim verum, amitti habitum vñlum, posito aliquo actu oppositi habitus. Nam, et si abnegare Magistrum fuerit actus infidelitatis, tamen Petrus negando, non amittit habitum fidei. Et vero, ni ita sit, Bellarmino perit acumen suum: non enim verum fuerit, habitum non impedire actum contrarium. Sin autem verum: Ergo simul esse possunt habitus, & actus contrarius: & si hoc: Ergo, admilio actu infidelitatis, nou tamen necessario habitus fidei amittitur.

X C X I I . Sed: qui facit actum infidelitatis , fit simpliciter infidelis , & inimicus Deo , & mortis reus. Imo , οὐ καὶ γένος οὐ καὶ ἀληθεία : Nam , nego fieri propterea simpliciter infidelem : aliqui obstaret habitus actui contrario : & Petrus negans , factus esset simpliciter infidelis. Nego fieri Dei inimicum. Nam etiam cum inimici essēmus , reconciliati fuimus. Factor hoc unum , reum fieri mortis: non potest enim aliter intelligi ullus peccator. Sed non omnis reus mortis , propterea est , aut simpliciter infidelis , aut Deinimicus.

X X X I I . Secunda ratio. Infantes omnes per Baptismum verè iustificantur, & fidem accipiunt, at multi in infantiæ baptizati, cum adoleuerunt, grauissimè peccant: multi item non sunt prædestinati.

XXXIV. Respondeo, negari antecedens. Neque enim exterius ministerium semper est, & in omnibus efficax: nec Deus magis incertus est futuri, in infantibus, quam in adultis. Itaque, negamus inquam remitti re ipsa peccata iis, qui non pertinet ad æternam electionem: quomodo Esau nunquam

rem illa fuerunt; et si circumcisus fuerit: nempe, quia ex os erat Deo, iam antequam nascetur. Grauissime peccare adulteros, qui sunt in infancia baptizati, non habuit opus dicere Bellarmin. imo non debuit: quando nihil ad hanc controuerfiam.

XXXV. Tertia ratio: Si fides amitti non potest, vnde tot hæretici?

XXXVII. Quarta ratio : Si iusti peccare non possunt , quorsum tot admonitiones , & cohortationes Apostolorum , & Prophetarum ? Quorsum iubemur orare , *Dimitte nobis debita nostra : Et ne nos inducas in tentationem, sed liberanos à malo :* Quorsum pœnitentia , absolutione , & reconciliatio laporum ?

XXXVIII. Imo si bonam causam tuerintur Iesuitæ: quorsum tot sophis-
ma-ta:tot imposturæ:tot tam impudenter ficta? Nam, quis negauit iustos pecca-
re posse: Iesuitæ viderint: interim nos tam monströsè disputantes, ne permit-
tamus abire impunè.

X X X I X. *Quinta ratio : Si præsens gratia & iustificatio vera esse non potest, nisi quis certus sit de perfuerantia, ita ut, vel certo sciat se nunquam lapsurum, vel ad pœnitentiam redditurum : quomodo fieri potest, ut nullus sani cerebri speret se verè iustum esse, cum de futuris euentibus nihil sibi certi polliceri: nili temere possit? Et cum videat quotidie se, & alios, in varia peccati, etiam contra conscientiam labi? Proverb. 27. *Neglorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.* Ecclesiast. 11. *Ante mortem ne laudes quemquam.* Iacob. 4. *Ignoraris, quid erit in crastino.**

X.L. Respondeo, falso asserti neminem sani cerebri sibi quicquam defuturis euentibus polliceri posse, nisi temere. Alioquin temerarius Paulus, qui dixit nihil posse nos separare à charitate Dei. Temerarius Dauid, qui Psal. 20. *Si ambulauero in medio umbra mortis, non timebo mala: quoniam tu meū es.* Et misericordia tua subsequetur me omnib. dieb. vita mea. Sed sophistæ sunt potius Iesuitæ, quam illi temerarij. Meri Sophistæ, qui sic ausint: Vident fideles & se & alios labi etiam contra conscientiam: Ergo non possunt sibi aut per seuerantiam, aut restitutionem polliceri. Adeon' nullam apud Papistas esse vallis Dei promissionibus fidem: Adeon' nullum etiam praesentis misericordia sensum? Adeone stupidam Christianitatem?

XLI. Sed in crastinum non gloriandum: neque cognitum, quid crastinus dies pariat: Quid ergo? Adeon' incertam fidelibus suam esse fidem, ac mercatoribus lucrum? Ego vero humanas omnes negotiationes fateor esse incertas, incognitas, sed quicunque ab iis negotiationibus nullo discrimine separet fidem Christianam promissionibus djuinis innixam; nanquam Christianum reputabo.

XLI. Proximæ sunt autoritates Veterum. Primum ergo, damnatum olim Iouinianum fuisse qui asserit. si iustos post baptismum non posse peccare: & si forte peccarent, non accepisse in baptismo spiritum gratiæ. Testes Hieronymus lib. aduersus Iouinianum 2. Augustinus. hæresi 82.

XLIII. Sed nos Iouiniani stolidum errorem ipsi damnamus; & sci-
mus Bellaruminum s̄p̄ius aut calumniari, aut aerem verberare, quam di-
sputare. Augustinus de Correptio. & Gratia cap. 13. *Credendum est, quos-
dam de filiis perditionis non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide,
qua& per dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquandiu fideliter, & in-
ste vivere: & postea cadere: neque de hac vita priusquam eis id contingat, au-
ferri.* Gregor. 30. Moral. 3. *Quis intelligat, quod alius Catholica matris ven-
tre proditus, iuxta vita terminum erroris voragine deuoratur: alius autem vi-
tam suam in catholica pietate consummat, qui ortus in perfidia, cum lacte ma-
tris hauserat virus erroris?*

X L I V . Sed ita quorum ? De filiis perditionis Augustinus agit: nos de filiis dilectionis. Illos incipere vivere per veram fidem, quis neget, quandoquidem externa vocatio sit initium vitae? Ita est profecto. Nicolaus ille olim ita viuebat, ut mereretur ab Apostolis admitti in ordinem Diaconorum. Sed illi veram fuisse fidem; id est, illam, quae, describente Bernardo, non credat tantum posse condonari peccata: sed etiam esse condonata sibi, statuat, hoc vero neque Augustin. dixit, neque Bellarmin. persuadebit: ne illos quidem, quos Gregorius in Catholica conceptos male vitam claudere dixit. Itaque Bellarmino frustra fuere haec nomina.

C A P. XXII.

Argumenta Catholicorum contra interitum fidei.

I. **N**os nunc contra : Primum habemus illud Ioann. 4. **Quisquis biberet**
Nex aqua illa quam ego ei dabo, non sitiret in eternum: sed aqua illa, quam
ego dabo ei, sicut in eo fons aqua salientis in vitam aeternam. **Chriſtoſorus,**
de τοῦ ἡγεμόνος τοῦ λαοῦ εἰδὼς δύο καὶ μέρη λο, εἰς τὸν αὐλαῖον διῆλθε ποτί. Στρωτὸς δὲ ὁ τὸν εὐρεῖσαν,
Sicut enim si quis fontem intrūs habeat, nunquam sitiret; ita, qui
hanc aquam habuerit. Enim uero qui sitiunt, iis deficit humor. Si ergo nun-
quam sitiunt, qui biberunt de aqua Christi : ergo nunquam iis haec aqua
deficit. At fideles omnes , qui quidem vere fideles sunt , biberunt de
hac aqua Christi : & vere biberunt , non tantum viſi sunt bibere. Ergo
his nunquam haec aqua deficeret. At si deficeret fides , haec aqua deficeret.
Nunquam igitur iis deficit fides.

II. Bellarminus respondet: In quo manet gratia Dei, siue charitas, eum non sitire in æternum, cum habeat in se fontem viuum. Tamen, fontem illum siccari, & obstrui posse, dum sumus in hoc loco tentationum. Id, puto magis explicant Ianuenius, Maldonatus, Salmero, Pererius: Aquam illam ex sua natura talem esse, ut efficere possit, nūquam sitire eum qui bibeat, sed ex naturæ nostræ imbecillitate aliter accidere; præcipue si quis eam semel hau-stam euomat.

III. Sed isti non cogitant quid dicant. Vere dicunt, *eam ac uam*, quan-
diu manet, expellere sicutum. Sed dissimulant alteram partem à Chisto
defini-

definiram, videlicet, utrum maneat: cum dixit: utrumque, & non sit in aeternum: & fieri fons aqua. Nam quid opus erat dicere, non sit in aeternum, si sensus esset, non sit in eo manebit haec aqua? Enim uero id verissimum de eadem aqua, quam Dominus postulabat a Samaritana. Verissimum, inquam, quandiu in homine manet aqua hausta e puto, tamdiu non sitire: quandoquidem sicut sciant omnes esse a defectu humidi: unde necessitas est, quandiu inest humidum, tamdiu non esse sicut.

IV. Tum autem illud fiet in eo fons, quid est? Aut quorsum illud Sophistarum, ex sua natura? Nam ea Christi verba, non aqua naturam considerat abstracte, sed aqua cuius effectum in eo qui bibit. Nam si naturam abstracte, opportuisset dictum, Aqua illa est fons scaturiens in vitam aeternam, sed Christus amplius dixit, fieri fons, & fieri in eo. Et quomodo fiet fons, si siccari potest? si obstrui? Nam profecto utrovis modo non erit fons saliens; quod tamen dicitur expressum voluit Dominus. Illud vero Maldonati posse euomi quis capiat? fontem scribi in ipso, & tamen euomi?

V. Longe alter olim Nonnus, ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Παύλου, ἔπειτα ἐπαπόδεστο μόροι ποσεῖ μέφενται παλαιῶν. Αὐτῷ μόροι ρεπούσθησαν παλαιώντες τοῦ Ιωάννου, εἰδενεύσαντο παλαιόντες τοῦ Ιωάννου, ζωῆς αὐτοῦ τοῦ Ιωάννου, οὐκέτι οὐδὲν. Quam vero ei praebeuerit aquam, si biberit, nunquam sitiret. Verū manebit ei in praeordiis rationali vena saliens ex intellectuali profundo, diuino impetu fontis interni, aqua constanter renascentis vita eterna non fluuij terrestris. Nota & παλαιόντες, & παλαιοί, & μόροι εἰς παλαιόντες. Quib. nihil significatur minus quam defultorius ille ludus, quo singitur vena modo fluere, modo siccari, modo obstrui, modo euomi, aut si quid aliud promptum fuerit Sophistis ex cogitare: sed eiusmodi abundantia, qualis est in perenni fonte.

VI. Primæ Iohannis tertio, Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen illius in eo manet, quoniam ex Deo natu est. Si semen Dei manet in eo qui natus est ex Deo: Ergo non auferetur ab eo. At quicunque fidelis est vere, is natus est ex Deo. Iohann. 1. Qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neq; ex libidine viri, sed ex Deo geniti sunt. Ergo id semen Dei non auferitur ex illo vere fidei.

VII. Bellarminus caułatus hunc locum esse omnium difficillimum: quinque confert expositiones. Primam eorum qui loqui Apostolum putent de statu vitæ futuræ. Alteram eorum, qui semen exponent gratiam prædestinationis: tertiam, non potest peccare, id est, non debet: quattam, non posse peccare, quatenus est filius Dei. Quintam, non posse peccare lethaliter, dum perseuerat filius Dei. Ethanc postremam longe præfert alius.

VIII. Sed nos quid sit non potest peccare, alias exposuimus: & nominatim hanc postremam expositionem explosimus: vt non sit nunc necesse actum agere: tantum hoc uigere, Semen Dei in eo manet, siue fidei dicamus, siue charitatem: nunc enim perinde est. Nam, si fidem dicas, id est, quod quærimus: siu charitatem manuis, haec sine fide nulla est vere charitas: itaq; si charitas manet, necesse est fidem manere. Sed, si semen Dei manet in eo qui natus est ex Deo, tum non potest fieri, vt si definat esse filius Dei. Esto ergo fane verum, non facere peccatum, quatenus filius est Dei, sed adde semper filium esse Dei, & plena erit nostra conclusio, neq; labefactata a Bellarmino. Et quidem notandum: manere semen Dei in eo, quoniam natus sit ex Deo: nihil isto potentius dici potuit. Nam, quemadmodum in Isaaco semen est Abrahams, quia natus ex Abrahamo, adeo vt, non magis non esse queat semen illud, quam ipse non est natus ex Abrahamo, sic fidelis, co ipso, quod a Deo generatus sit, habet in se semen Dei.

IX. Paulus ad Roman. 8. Quis nos separabit a charitate Dei? Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitas, neque profunditas, neque uilla res alia creata, poterit nos separare a charitate Dei, qua est in Christo Iesu Dominino nostro. Quicunque prorsus deficit a fide, separatur a charitate Dei. At nemo fidelis separatur a charitate Dei: Ergo, nemo fidelis prorsus deficit a fide.

X. Respondet Bellarminus, explicari his verbis efficaciam & potentiam charitatis, quæ, si adsit in corde nostro, omnes vincat tribulationes, & semper esse, nullum esse terrorem, qui possit efficere in homine, in quo ardeat charitas, vt Deum suum offendat. Posse tamen in hac vita amitti charitatē. Et huius expositionis autorem laudat Augustinus. Respondet iterum, Paulum loqui in persona Electorum.

XI. Ait ego contra: Primo ex non paucorum Papistarum consensu, alias firmatum est, longe præstare, charitatem intelligi Dei in homines, quam hominem in Deum. Quod tamen nunc quidem est: neq; enim arguunt, vim minuit. Si enim non possunt abducere ab amando Deo, cum non amet Deus sine fide; Ergo, ne a fide quidem poterit abducere. Secundo, Nō id tantum dicit a Paulo, omnes vincit tribulationes, sed longe vniuersalius, omnia non aduersa tantum, sed etiam prospera: ita enim intelligenda vita & mors. Quod valde pertinet ad nostram certitudinem. Quid enim iam timendum, si nihil creatum possit fidelem abducere ab amore Dei?

XII. Verum charitas, inquit, potest amitti: Ergo, inquam, potestis, de quo

Paulus agit, separari a charitate Dei. Enim uero, quodnam hoc ratiocinationis monstrum est? Nihil creatum potest me separare a charitate mea in Deum (sic enim interpretatur Bellarminus) & tamen potest charitas mea in Deum amitti. Nam, nisi vehementer fallor, separari a charitate in Deum, nihil aliud est, quam definere ab amore Dei, id est, ab amando Deo. Quid autem est amittere charitatem in Deum, si hoc non est? Certe nimium supinus fuit Iesu, qui oblitus sit, nos discrimen docere.

XIII. Loqui Paulum in persona prædestinato, non postulamus, vt nobis quisquam demonstret: immo ipsi non aliter intelligimus, sed idem dicimus omnes vere fideles, esse prædestinatos ad vitam: quia nemo peruenit ad vitam, nisi prædestinatus. At, quicunque vere credit in Christum, perueniet ad vitam: Iohann. 5. Qui sermonem meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam eternam, & in condemnationem non veniet, sed transiit a morte in vitam.

XIV. Matth. 17. Qui quis audit ex me sermones istos, & eos praefat, assimilabo eum viro prudenti, qui adscit domum suam super petram: decidit autem nimbus, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & inciderunt domum illi: & non cecidit: fundata enim fuerant super petram. Psalm. 125. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur in eternum. At si deficeret fides, certe adficiunt concideret: & commoueretur, qui confidunt in Domini-

XV. V. Primæ Iohann. 7. Ex nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis: nam, si fuissent ex nobis, permanessent utique nobiscum, sed hoc factum est, vt patet fieret non omnes esse ex nobis. Quicunque sunt fideles vere, iij sunt ex nobis. At, qui deficiunt, iij non sunt ex nobis: Ergo quicunque deficiunt, non sunt vere fideles.

XVI. Matthæ. 7. Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, sed, qui facit quod vult Pater meus, qui in cœlo est. Multū dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum de monia eieci mus, & per nomen tuum multas virtutes edidimus? Tum autem profitebor eis, Nunquam noui vos: dicitur à me qui faciis iniuriam. Nota. Non dictum, non nosco vos nunc: scilicet, post detestam hypocrisim, sed nunquam noui vos: scilicet, ne tum quidem, quam fidem profitebantur. Est autem hic nosse, non nudæ cognitionis, sed approbationis. Sed hac cognitione Christus agnoscit oues suas. Iohann. 10. Ego sum Pastor ille bonus, & agnoscō oues meas, & agnoscō a meis. Manifestum ergo est argumentum. Christus semper agnoscit oues suas. At nunquam agnoscit damnados: Ergo damnandi non sunt oues Christi. Nulli damnandi sunt unquam oues Christi. At quicunque proficis deficit a fide, is damnandus est: Ergo, nullus qui deficit prorsus a fide, unquam fuit in omnibus Christi. Qui cunque habent fidem veram, sunt oues Christi: At nulli damnandi habent fidem veram. Nulli damnandi habent fidem veram. At omnes veri fideles, habent fidem veram: Ergo nulli veri fideles damnandi. At quicunque prorsus deficit a fide, damnandi. Ergo nulli veri fideles prorsus deficiunt a fide.

XVII. Cantici Cantic. 8. Aque multa non poterunt extinguere charitatem, neq; flumina obruent illam. Si fides vera posset deficere: Ergo & charitas vera. At hæc non potest: Ergo neque illa. Ratio consequentia, quia nulla vera charitas sine fide.

XVIII. Bellarmino respondet: Hoc testimonium probat, non posse amitti charitatem, si quis velit eam exsuffere, & cupiditatem in locum eius recipere, sed manente charitate, nullam esse tribulationem, quæ non facile toleretur.

XIX. Imo, aquæ non significant peculiariter tribulationem, sed quicquid oppositum est charitati, ac proinde aptum videtur, ejus extinguendæ. Ratio, quia charitas cōparetur igni, unde extinguendi verbum. Deinde, non agatur de tolerandis aduersis, sed de non extinguenda charitate. Itaq; discedit a verbis Solomonis explicatio Bellarmini. Docet ergo non posse extinguere charitatē. Concedo amitti posse charitatem, si quis velit eam exsuffere. Sed hoc tale est, ac si diceret, posse meridie tenebras esse, si sol abscondetur infra horizontem. Enim uero, quia certum tenebras esse, cum sol est infra horizontem: cum nego posse esse tenebras meridie: nego eadem opera, posse solem esse sub horizonte meridie. Sic cum negat Solomon extingui charitatem, negat eum in quo charitas est, posse velle charitatem exsuffere. Nimirum, quia, quomodo meridies est eleuatio solis super horizontem, si charitas est voluntas bona in Deum.

XX. Enim uero, quid non promptum sit eludere, hoc artificio? Negat Scriptura Deum posse mentiri. Quid si dicat Iesu: non significari, non posse mentiri, si velit mentiri? An propterea dixerimus, Deum posse mentiri? An potius ne posse quidem velle mentiri? Mitto id: Saltem de Angelis, de Sanctis in gloria: conceptimus non posse amittere charitatem. An non possunt amittere, ne quidem si velint exsuffere.

Imo id potius, ne velle quidem exsuffere.